Dissertatio inauguralis medica de morbo catarrhali benigno hoc anno inter nos epidemio ... / [Johann Friedrich Ehrmann].

Contributors

Ehrmann, Johann Friedrich, 1739-1794. Université de Strasbourg

Publication/Creation

Argentorati: Ex officina Joh. Henrici Heitzii, [1762]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/ceffmf6w

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA'

DE

MORBO CATARRHALI BENIGNO

HOC ANNO INTER NOS EPIDEMIO

HIPPOCR. Aphning Sed. III. App. I.

SUB AUSPICIIS DIVINIS

EX CONSENSU

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS PRO LICENTIA GRADUM DOCTORIS

RITE CONSEQUENDI

DIE VII. OCTOBRIS MDCCLXII.

SOLEMNI ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

AUCTOR

JOHANNES FRIDERICUS EHRMANN

ARGENTINENSIS.

H. L. Q. C.

ARGENTORATI

Ex Officina JOH. HENRICI HEITZII Universitatis Typogr.

HIPPOCR. Aphorism. Sect. III. Aph. 1.

DISSERUMATION WINDLESS MEDICA

LIAHAMAMAMONAOM

Αί μεταθολαί των ωρέων μάλις α τίκτεσι νοσήμαζα καί ου τησιν ωρησιν αί μεγάλαι μεταλλαγαί, η ζύξιος, η θάλτιος, καί τ' άλλα κατά λόγον έτως.

MANIL. Astronomic. I. 61-83.

Artem Experientia fecit,


Exemplo monstrante viam

Et quacunque sagax tentando repperit usus
In commune bonum Medici comperta dedere.

ENLISHERING ELERA

ARORNTINE MSTS.

remotes to the Benefit of The First Universitatis Typinge.



S. 1.

ατάρροος, Κατάρρες, Κάταρρος vi vocis Defluxionem fignificat: apud Hippocratem Aphor. Sect. III. 12. & 31. V. 24. VII. 38. de Aëre, locis & aquis Sect. III. p. 70. & de Morbo sacro pag. 90. edit. Foës. pro defluxione pituitæ ex capite in pectus fumitur. Eundem fignificatum & suo tempore huic vocabulo suisse testatur Galenus Comment. III. in Aph. Hipp. ad n. 12. & n. 16. & de sympt. caus. L. II. cap. 4. Sed hic Auctor eodem vocabulo quoque utitur ad metastasin denominandam 1. c. Comment. IV. ad n. 32. qui etiam testis est suo ævo superiores Medicos hac voce excretionem, quæ præter naturam per palatum fit, denotasse. Comment. II. in Prognost. Hippocratis ad n. 49. Idem quoque Catarrhi fignificatum extendit ad omnem pituitæ descensum sive in collum five in pectus, de usu part. L. VII. cap. 7. & hinc eundem de cauf. sympt. L. III. cap. 4. distinguit in Catarrhum stricte sic dictum ubi defluxio in os contingit, Coryzam cum in nares, Branchum si in sauces &c. Galenicam hancce distinctionem retinuerunt, qui eum sequebantur Medici, prout vel ex ÆGINETA L. III. cap. 28. videre est. GERHARDUS DE SOLO referente ARCULANO in librum IX. Rhasis in sequentes versiculos eandem reduxit.

Dum fluit ad pectus dicatur rheuma Catarrhus, Ad fauces Branchus, ad nares dico Coryzam.

A

Græcam

Græcam vocem Celsus L. IV. cap. 4. per Destillationem vertit eamque Græcis quoque κατας αγμον audivisse notat. Cælius Aurelianus Morb. Chron. L. II. cap. 7. Influxionem dixit. Catarrhi fignificatum ab Arabibus ad omnes partes corporis translatum fuisse patet ex Abvali Ibn-Tsi-NA Canon. medic. L. I. S. II. Doctr. I. cap. 5. Medicorum hos fequentium & Catarrhum varie denominantium, distinguentium, determinantium adeo insignis est numerus, adeo multus dissensus, ut nolim in recensendis illis tempus inutiliter terere, ne videar græculos homines imitari, quos controversia verborum torsit, contentionis cupidiores quam veritatis; id unum notans, quod in hoc morbi genere definiendo antiquioribus Medicis potius ad caufam quam ad ipsum morbum attendere placuerit, & licet istam, ceu veræ theoriæ œconomiæ animalis rudes, falsam tradiderint, hunc eodem modo tamen ac nos & acceperunt & distinxerunt, nimirum pro Lasione functionis partium membrana Schneideriana obductarum, ob humorem sanguine tenuiorem, qui morbose in iis abundat.

S. II.

Cum in nullo non quod Praxin morborum docet Syftemate, ea quæ vulgo circa Catarrhum & febrem Catarrhalem occurrunt, recenfeantur fymptomata, hinc ego
missi istis, statim historiam ejus, qui nunc meæ considerationis est, morbi exhibebo & eam quidem talem, qualis
a Venerando Parente, circa ægros, quorum numerus sat
magnus utique extitit, suit observata. Morbus aliquibus
& quidem paucissimis ob graviora paulum symptomata,
metum incussit, mitior aliis & ex his longe pluribus erat,
levissimæ nonnisi febriculæ indicia præ se ferens, in quibussam ne ulla quidem febris potuit observari. Antequam
autem is ad quendam vigorem pervenit, homo vires suæ
naturæ

naturæ quasdam subire mutationes animadvertit, tam leves licet, ut se ægrotaturum dubitandi potius quam affirmandi rationem habere fuerit visus; mutatus sæpe in lecto locus, somnum, cui profunde sepultus jacebat, aliquando inquietum reddidit; inde interdum accedentis per diem vertiginis transitoriæ cum obtuso capitis dolore & tensivæ lumborum molestiæ causam deduxit. Verum hæc vires acquirebant eundo. Corripiebatur æger levi dein horripilatione, omnia fere corporis membra pervagante, quam calor præternaturalis, pulsus crebritas, lassitudo artuum, anorexia, agrypnia cum cephalalgia gravativa, fufurrus aurium & tussis, individui morbi comites insequebantur. Oculi vivido suo splendore orbati, exstantes & molles erant, lingua non aspera, sed lento alboque humore obsessa, urina aurantio colore tincta. Hæc prima fuit morbi imago, quam sensu animoque concepit Medicus, cujus impetum vesperi noctuve exacerbari observavit; secundo vero aut tertio die materiæ mucofæ e bronchiorum, faucium, nariumque cavis ejectio, in junioribus subjectis & sanguinis e naribus destillatio mire vehementiam ægritudinis frangebat. Sua forte illi admodum erant beati, quibus hæcce molimina naturæ, propriam falutem propugnantis, cito & larga quantitate per dictas vias materiem propellebant, inde enim symptomata brevissime e medio fuere fublata. His cancellis non includebatur modo, sed in aliis altiores quoque radices egit malum, latius in vicinia sese diffundens, ita ut tonsillarum inflatio earumque sæpe inflammatio, anginæ spuriæ, rarius veræ, rheumatismi præprimis musculorum respirationi inservientium observata fuerint. Quin & malignitatis metum nonnunquam incussit morbus, quum excretiones variæ in peripheria corporis, scarlatinæ, urticatæ &c. sese ei jungerent. Morbillis infantes utplurimum vexabantur, licet & adultis ii fuerint molesti. Hac præsente facie tristia utut cuilibet appareant

appareant symptomata, prudenti tamen benignæ naturæ regimine salutarem eventum sortiebantur, ut apud non paucos quarto jam die eorum serocia urina cocta & ulcusculis in labiis erumpentibus sedata suerit, paucissimique iis debitum naturæ persolvere cogerentur. Sennerti ideo verba, quæ de Catarrho & tussi Epidemia maligna a. 1580. grassata, facit, L. IV. de Febribus c. XVII. & mea facere possum. Quamvis maxima hominum pars hoc malo corripiebatur: omnes tamen sere evadebant, & vix millesimus quisque moriebatur.

S. III.

Quam præcedenti S. de febre quæ nostræ Epidemiæ accessit, tradidi historiam, ab aliis febribus, quæ ejusdem indolis esse videntur, in quantum perspicientiæ meta id permittit, distinguere proximum erit. Eo nos ducunt observationes justo rationis scrutinio de ægrotantis habitu fideliter captæ & intaminatis Auctorum monumentis repetitæ, viis, quibus incesserunt olim, quas calcare adhuc, artis incrementum est. Hæc tenui licet principio orirentur, ut nonnisi hiatibus hinc inde adhuc obruta & inanium historiarum fordibus conspurcata reperias, successu tamen temporis Observatorum industria felicius percolebantur. Huc præ omnibus trahas necesse est morborum cohortem, quæ certis modo tempestatibus terram occupat & inevitabili sua sorte integras Provincias inquinat. Differt ideo nostra primo a Maligna cognominis sui febre, quod neutiquam mox sub ejus initium subitanea & permagna virium prostratio adfuerit, nunquam non fidum malignitatis indicium. In morbis malignis præterea utplurimum perpetuis ægri agitantur vigiliis, vexantur ingenti inquietudine & perturbatione mentis, maximam quandoque illi edunt stragem & decimo quarto demum die utplurimum finiun-

tur, quæ omnia tamen a morbo nostro aberant. Exanthematibus licet & in nostra febre in nonnullis corpus fuerit affectum, erant ea tamen leviora, ut a materie perspirabili potius, in habitu cutis detenta & acri reddita, quam a metastasi orta fuisse diceres, nec ad occultam quandam aëris diathefin confugere necesse sit, uti in recensione causarum ulterius diducere animus est. Ratione typi febribus, quæ fingulis diebus tragædiam ludunt, omnino est accensenda. Ingruit nostra circa noctem, accenditur magis magisque, matutino tempore finitur, ut per diem natura vix actuofior appareat. Adfcribenda igitur erit continuis, & cum paroxysmi singuli sibi similes suerint, quotidianæ continuæ. Tali quoque typo utplurimum Catarrhales Epidemicas decurrere apud Observatores legimus. Cf. ETTMÜLLER. Colleg. Confult. caf. 30. fq. qui febres Catarrhales Epidemicas benignas a. 1675. per totam fere Germaniam graffatas describit. Act. Med. Berol. Decad. I. Vol. IV. p. 4. & Vol. IX. p. 12. 13. quæ referunt febres Catarrhales benignas, quæ per annos 1718. & 1720. Berolinum infestarunt. Köfferle de Febre Catarrhali 1732. Basileæ Epidemice grassante. ibid. 1733. Huxham Const. aëris p. 80. & 137. qui morbum Catarrhalem Epidemicum ad XV. Calend. Mart. a. 1733. Plymuthi omnes undique attigisse notat. Juch & Zuberbühler de Febre Catarrhali Epidemica cum tusti & coryza complicata mensibus vernalibus a. 1743. in plurimis Germania Provinciis grassante. Erford. eod. Quem descripsi morbum, cum longe plures homines comprehenderit, ita ut paucissimi extiterint, qui ejus non passi fuerint insultus, hinc recte Epidemicis annumerandus, quales plures apud varios Auctores reperiuntur. conf. Valleriola in App. 1. comm. c. 2. qui Catarrhalem benignam, quæ a. 1510. & 1557. in Gallia viguit, & nomen Coqueluche habuit, describit. Forestus L. 6. Obs. I. & II. de sebre Catarrhali a. 1557. Alcmariæ A 3 publice

publice grassante, comitante morbum gutturis Epidemium & de eodem cum gutturis pectorisque angustia invadente, cum vermibus aliisque symptomatibus gravioribus. Boke-LII Synopsis novi morbi, quem plerique Catarrhum febrilem, vel febrem Catarrhofam vocant, qui non solum Germaniam, sed pene universam Europam gravissime afflixit. Helmæstadii 1580 8vo. Sennertus Prax. Med. L. I. P. II. c. 34. qui de febre Catarrhali quæ 1591. plurima Germaniæ loca & de alia, quæ eodem fæculo omnem Europam pervagata est, loquitur. WILLISIUS de febre Catarrhali a. 1658. medio vere Oxoniæ Epidemica, Tr. de Febribus p. 310. HIST. MORB. WRATISL. de Catarrhis quæ a. 1699. mense Julio Wratislaviæ serociebant. p. 52. Mühlpauer de febre Catarrhali passim hactenus per complures Europæregiones & inprimis Germaniam Epidemia. Altorf. 1730. Edinburgenses Act. T.II.p. 35. de febre Catarrhali 1733. totam Europam & Americam infestante, quæ tunc temporis Parisiis sub nomine la Follette veniebat. Suec. T. XVI. p. 310. de Amphimerina Catarrhali lenta & maligna Upsaliæ a. 1754. graffata. Tissor Avis au peuple sur la santé. Laus. 1761. p. 141. febrem Catarrhalem in pagis Lausannæ vicinis a. 1761. grassatam describens. Eph. N. C. D. 1. A. VI. & VII. obs. 213. pag. 312. de Catarrhis a. 1675. per autumnum Posonii grassantibus. Loewius Hist. Epid. Hungariæ ab a. 1688-1710. Act. Phys. Med. V. 1. app. qui Catarrhos & febres Catarrhales ibi graffatas fuisse affirmat, & V.3. app. Ejusdem Historia febris Catarrhalis, quæ a. 1729. menf. Nov. & Dec. per Europam Epidemice graffata est cum constitutione Epidemica Viennensi anni 1730. ubi itidem Catarrhos magno numero præsentes fuisse docet. Cent. I. & II. app. pag. 14. sqq. de Catarrhis Augustæ a. 1708. plurimos infestantibus. Cent. III. obs. 58. pag. 137. sqq. de febre Catarrhali a. 1712. inter Tubingenses Epidemia. Cent. VI. obs. 97. pag. 417. de febre Catarrhali tarrhali a. 1711. Altorf. Nor. Epidemice grassante. Act. Phys. Med. Vol. IV. app. p. 24. sqq. Scheuchzeri Observationes de sebribus Catarrhalibus a. 1730. Tiguri grassantibus atque Lucernæ adeo frequentibus, ut octidui spatio vix suerint quinque ex mille immunes. Vol. V. obs. 144. pag. 540. Historia sebris Catarrhalis circa sinem anni 1734. & initium 1735. Rintelii passim Epidemicæ. Vol. VIII. obs. 74. p. 272. Febris Catarrhalis Rintelii a. 1744.

Epidemia &c.

Rite pensitata quoque nostræ febris symptomata facile a lentis & hecticis quæ singulis quoque diebus ægrotum vexant, distingui possunt. Nec homines quos tonsillarum cellulæ, glandulæ columellæ & omne lacunar faucium male habent, a materie venerea aut scorbutica stabulante orta, nostro Catarrho laborare dicere quis audebit, nisi qui in re seria ludere velit: perpetua enim phlogosi & deglutiendi difficultate tanguntur partes, quibus cito gradu erosiones, ulcera dysepulotica, cacoëthea, tristis malorum lerna sese associat. Rheumatismi tandem nomen, fub quo priscis Medicis tanquam sub genere Catarrhus comprehendebatur, hodie in Medicorum scriptis muscularibus tantum partibus tribuitur, a materie inibi hærente & continuis lancinante doloribus, quæ communem alias existentiæ suæ causam cum mea agnoscit, locis interim & partibus, quas afficit, modo diversam.

§. IV.

Differentiæ ratione morbi ipsius nunc considerandæ veniunt, quarum quasdam primarias aut essentiales, quasdam accidentales seu secundarias haud inepte dixeris. Sub illis comprehendere licet, quæ a causarum proximarum & remotarum varietate dependent, quarum essectus determinatæ potentiæ facilius est discernere, quam exacte earum

earum causas definire. Ut hæc in transitu moneamus, definiat quis quæso, quid illa materies, quæ nunc benignum, nunc malignum morbi genium post se ferre solet, essentialem alias & de nostra sebre disserentiam essiciens? S. III. Catarrhales malignas febres Epidemicas observarunt VALEscus de Taranta, qui Catarrhum Montepessuli a. 1387. graffari vidit adeo contagiofe, ut vix decima pars gentium præter infantes evalerit Catarrhum cum febre & fere omnes decrepiti mortui fuerint. Donon Eus Libr. Obf. Med. c. 21. qui refert 1557. & 1565. Destillationes plurimas natas esse Coloniæ, quibus deinde peripnevmonia popularis accesserit. Sennertus l. c. p. 567. febrium malignarum meminit, quæ 1564. & 1565. quæ plurima Germaniæ inferioris loca Rhenique incolas invaserant. RIEDLIN. Lin. Med. a. 11. Maj. obf. 7. p. 215. febrem Catarrhalem malignam 1696. menfe Majo Augustæ Vindelicorum grassatam esse refert. Hoffmann. M. R. S. T. IV. P. I. S. I. c. X. febris malignæ petechizantis a. 1698. Hal. Epidemicæ & alius a. 1728. ibidem graffatæ p. 250. mentionem facit. DERN de febre Catarrhali petechizante superioribus aliquot annis Giessa, in vicinia aliisque locis infesta atque Epidemica a. 1732. agit Cl. Büchner & Genr de febre Catarrhali maligna Epidemice hactenus Erfordiæ graffante ib. 1742. egerunt. Eph. N. C. Dec. II. a. 9. obs. 119. de Catarrho in Styria 1691. Epidemico cum periculo suffocationis & tusti ferina, ejiciendo materiem purulentam, fanguineam, faniosam, fœtidam, cum calore febrili, fiti intenfa & nausea carnium agitur. Act. Phys. Med. Vol. V. p. 248. Historia febris Catarrhalis malignæ vernalibus mensibus a. 1737. Wratislaviæ & in compluribus Silesiæ locis Epidemice grassantis. Nov. Аст. Рн. Мер. V. II. obs. 41. p. 157. de Catarrhali infantum morbo truculento a. 1757. Francof. ad Viadr. & in vicinia graffante. & obf. 71. p. 268. Historia febris Catarrhalis malignæ Epidemicæ quæ cives Isenacenses a. 1757. adflixit. & obf. 98. p. 388. ejusmodi modi mentio fit, quæ a. 1752. in oppido Leimbach Co-

mitatus Mansfeldensis grassata fuit &c.

Hi venenati quid alere aërem perhibebant, alii miasinatibus plenum, & quis lepidas verborum compositiones omnes recensere vellet, quibus non alia, quam imbecillitatis ingenii sui argumenta præbuerunt. Appellabis forsan nomine, si quod illi tribuendum, exprimente modo id, quod tibi videatur, prætereaque nihil. Accidentaliter vero differt morbus' 1) ratione ætatis, æquo pede pulsabat omnis generis ætatum fores, nec fere quenquam eo intactum relinquebat: sic & Huxham de suo recenset, omnes pervasit domos, pauperum tabernas regumque turres: vix unus, aut alter, rure, vel in urbe, senex, aut puer, robustus, aut infirmus evasit. l. c. p. 79. 2) ratione temperamenti, Plethorici citius eo fuccumbebant, dum Phlegmatici diutius ab eo continebantur. 3) ratione sexus & vitæ generis; sedentarios & molles otio plus nimio indulgentes Catarrho maxime esse obnoxios, e contra bajulos, agricolas & complures laboribus deditos rarius vexari jam annotavit Poterius Observ. Cent. I. c. 1. quod & nostro morbo confirmatum fuit: ideo & fœminis cachexia humorum laborantibus, viris valetudinariis & fenibus pulmonariis plus incommodi creavit. 4) ratione temporis, Catarrhus brevis est, qui citissime cursum suum absolvit, longus, qui diutius perdurat, qui & non raro alium morbum mentitur aut comitem habet. Riverius Opp. p. 262. de Catarrho phthisin mentiente. Cl. Roederer & Stern-BERG in Diff. ejusd. tit. Götting. 1758. bab. Poterius Obs. Cent. II. c. 34. de Catarrho a duobus annis inveterato & Cent. II. c. 71, cum febre lenta & virium imbecillitate & Cent. III. c. 93. de inveterato a longo tempore tali, mentionem fecerunt. ALEX. MASSARIAS confilium in febre Catarrhali, corporis totius macie, ventriculi imbecillitate, mesenterii obstructione, moestitia & vigiliis stipata dedit. p. 170. quatuor tandus

quatuor Tractatuum. Eph. N. C. Vol. IX. app. p. 13. 8 21. Catarrhorum cum podagra viciffitudo podagricis familiaris. Conf. Vol. X. observ. 62. pag. 225. Huc forsan & trahas Amphimerinam Catarrhalem lentam, quam Zetzel Act. Suec. anno 1754. describit & Huxhami sebrem lentam nervosam esse contendit. 5) Catarrhus externus, quem ex Fernelli Pathol. Lib. 5. c. 4. receperunt Riveri-US Prax. Med. Lib. I. c. 15. SCHENCK. Lib. I. obs. 273. p. 223. &c. sub cute capitis ortum nos non spectat, cum evidenter ex nimis lata Catarrhi fignificatione originem fumserit. Si quis interim tumores integumentorum capitis, a pressis per membranam Schneiderianam decurrentibus vasis, Catarrhum externum voluerit appellare, id ipsi per nos licebit, & hac facie quoque nostram Epidemiam non paucos aggressam fuisse est observatum. 6) ratione qualitatis materiæ, eft vel blandus, denotans massam humorum nullis acribus partibus corruptam, nec materiem stagnantem adhucdum alteratam, talem pro Veterum dicendi modo frigidum appellare folent; vel calidus, acris feu falfus ab acrimonia in corpore latente ortus, five alterato humori stagnanti originem debens. AETIUS jam Tetrab. Serm. 4. p. 495. affert, quod Catarrhus gravissimas erosiones & pulmones exulceratos reddiderit. vid. & Sylvius app. Tr. III. p. 692. qui ulcus pulmonum produci posse a Catarrhis salsis vel acidis a capite in asperam arteriam & mox in pulmones delabentibus afferit, & Musitan. c. 16. pag. 223. qui copiam tristium effectuum inde deducit, & SPINDLER Obs. Med. 14. p. 27. de ejectione puriformis materiæ absque phthisi. 7) ratione status ipsius, quem voco, si nulla alia mala combinantur nostro morbo, quæ benignos naturæ motus turbant; non vano enim tunc temporis, si quæ accidunt, trepidat metu Medicus, ut hic ex benigno in malignum mutetur, licet neutiquam complicatus etiam morbus mox mali moris sit reputandus_

tandus. Nostræ febri licet versus declinationem in nonnullis exanthemata accesserint, ille tamen exinde nequaquam deterior observabatur. De Catarrhis benignis in malignum morbum versis vid. Schenck. obf. 108. ex levi Catarrho, rubor in facie natus, cum futuri delirii notis, subsecuta phrenitis, convulsio, tremor leviusculus & sudor frigidus. Blegny Zodiac. Gall. obf. 6. qui refert, quod Catarrho a. 1679. mense Decembri Parisiis sævienti maligna symptomata accesserint. Welsch. Dec. I. cur. 8. a Catarrho pleuritidem ortam & SPINDLER. obs. 37. Catarrhum in malignum degenerantem annotarunt. A. N. C. D. II. a. V. obf. VI. concionatoris cujusdam, qui crebrioribus defluxionibus Catarrhalibus afflictus, tandem uvulam amisit penitus, mentio fit. Cent. I. & II. app. p. 14. sermo fit de Catarrhis a. 1708. Augustæ grassantibus, qui tantum incrementum sumserunt, ut febriles effervescentiæ, intensæ cephalalgiæ, aut capitis stupores &c. eos comitata fuerint. ACT. PHYS. MED. Vol. IV. app. pag. 26. febres Catarrhales in peripnevmonias degenerasse, legere est, Vol. V. p. 393. obs. 114. Aphonia post febrem Catarrhalem malignam relicta, Vol. VIII. app. p. 5. febris Catarrhalis benigna in phrenitidem abiens, Vol. X. obf. 95. p. 382. & 383. Catarrhus suffocativus & spasmus cynicus excipiens febrem Catarrhalem benignam neglectam, Nov. ACT. PHYS. MED. Vol. I. app. p. 149. Historia febris Catarrhalis male tractatæ & in lentam transeuntis &c. recensetur. Meum nunc erit, præmissa partium, quas Catarrhus infestat, constitutione, de nostro ulterius verba facere.

S. V.

Notio, quam Veteres de sede & origine Catarrhalis materiæ sibi formarunt, observationibus est sundata, quas si primo intuitu adspicias, absurdas esse dicas, nec ullam B 2

modo veritatis speciem simulantes. Cerebrum ejusdem esse sedem dicebant, ad cranium, quod cucurbitæ instar corpori impositum, perpetuos ab inferioribus sumos adscendere, omnium assumtorum excrementa in eo colligi, & iterum ad partes delabi, ut imber cadendo irrigat terram, cerebrum soli simile esse, vapores attrahenti, &c. Plura talia deliramenta ex Veterum scriptis collegit Schnei-DERUS in ampliss. de Catarrhis Tract. L. II. c. 4. 8 5. Mire autem qui post nati sequuntur, torserunt ingenia, primorum sententiam sectantes, per quasnam vias iste a suprema corporis parte ad inferiora descendere possit & pedissequum hujus materiæ febrium cohortem diffundere. Anatome quæ illis in densis præjudicii tenebris prælucere debuisset impossibilia aut puerilia potius fingendi, quam veritatem exquirendi, ansam suppeditavit. Hi per os cribriforme, cuneiforme alii, nervos aliofque ductus infenfibiles materiem descendere, aut in glandula pituitaria nunc secretam aut ex cerebri ventriculis venientem statuerunt; opiniones insequentium temporum juxta sectarum Medicarum ordinem mutatam tantum faciem fistebant, re ipsa vero haud discrepantem a prioribus, ut & in eorum figmenta recensendo tacere melius judicem quam frustra verba facere. Propero ideo ad ea, quæ res ipfa & ratio dictitat, ad ea, quæ fubtilior anatome per oculatas manus oftendit, quid verum sit, aut ad id proxime accedat. Quum vero diversas occupaverit morbus noster partes, juxta descriptionem S. 1. datam, singularum quidem tractationem anatomicam quilibet bonus haud postulabit, & Criticum agere Anatomicum, quid veteres Anatomici sub faucibus comprehenderint, vetat rerum adhuc tractandarum dignitas: contentus ideo historia, quam hodie hujus doctrinæ partis Lumina de iis nobis tradiderunt, potius sedem evolvam materiæ, quam mei morbi idea expectat; hanc glandulas folliculosas esse ostendo, quæ in tota via aërea aërea disseminatæ, naturali statu liquorem muci speciem induentem secernunt.

S. VI.

Ferax undique est glandularum folliculosarum proventus & spatiosus imprimis est earum campus, quem in interioribus corporis partibus colunt, eas admiranda MAL-PIGHII industria, postquam accuratam plurium Illustrium Anatomicorum indaginem eluserant ante, in statum priori luce clariorem deduxit. Speciosa utut suerit de illis hujus Cl. Viri descriptio, Ruyschiana tamen ars & Boerhavii ingenium, quæ undiquaque sese commendant, ultima lima, non inani labore, Ejusdem conatus persequi studuerunt. Agitata inter hos Viros controversia de vera harum glandularum fabrica, licet non multum, fi rem æqua judicii lance ponderes, a se invicem diversa existat, de organis secernentibus tamen parum justam ideam post se traxisse constat, ac si ea omnia ex folliculis essent conflata. Quæ nostræ considerationis sunt glandulæ, dicuntur a Malpighio membranæ cavæ cum emissario, Ruyschius vafa addidit, quæ humorem in eas deponunt. Boerhavius ea Malpighium supposuisse statuit, ejusque sententiam ita explicat, ut arteriæ parvæ, attenuatæ in mollem lanuginem fistulosam, humores infundant in cavitates, quas dein Cryptas Ruyschius nominavit. Talia organa exigebat necessitas operis, quod horum virtute Natura exsequitur. Constant itaque cavo ex oblongo rotundo, aut quandoque cylindrico, quod proprie folliculum efficit, unde totius familiæ nomen, glandulosa carne circumsuso, cuti, cui insident, arcte accreta, gaudent ostio, ut materies in folliculo contenta destinato tempore emanare possit. Hæc caro homogenea licet primo adspectu appareat, talis non est; si accurate eam lustras.

lustras, quædam vasa deprehendis, si accuratius, plura detegis, quin si arte naturam imitari cupis, eaque selici sidere colorata materie reples, quam miranda earum structura! Ut eo melius autem bæcce naturæ penetralia adire queas, earumque interiora penitius rimari, hac encheiresi utaris necesse est, macerando scilicet eas in aqua purissima, inde tumidulæ siunt, vasaque a se invicem discedunt. Fursuracea materies ab iis separatur, innumerabilibus ramulis consuso ordine ea sese distorquent, sensim sensimque decrescendo tenuiora siunt, plurimaque retia inter se invicem constituunt, solliculum tandem pingunt, & eorum extrema suos humores in ipsum solliculi cavum deponunt, hucque conservant.

S. VII.

Per hos itaque angustos sibique invicem miro modo implicitos canales oberrat humor, quem, si jam sub forma veri muci in fanguine contineri assumis, tribuis vasis, venarum fere mollitiei æmulis, materiem, quæ spissior esset, quam ut ea subire possit. Determinatam scilicet vaforum angustiam eos tantum humores transmittere consentaneum est, quos & eorum robur ulterius præparare possit & eam in molem dividere, ut tubulorum secernentium diametris subeundis pares evadant. Non bruta enim hominis machina est, pulcherrimis, nec ad usum melioribus facultatibus est ditata, quibus innumeris fortunæ telis resistere valeat. Non desunt argumenta, quæ & hunc decantatum a Medicis Practicis imprimis loquendi morem, ad opus fecretionis, pluribus adhuc difficultatibus oppreffum, referri posse tuadent. Operantur vires, ut corpus, - quamdiu id possibile, in statu fanitatis conservetur, ita ut una cum altera conspiret, modo nostræ adhuc rationi obscuro. Humor ideoque in vasa minima propulsus saltem nondum nondum a Natura destinatam indolem accepit, alias nulla ulterius præparatione opus haberet. Esset jam is ille, aut ad eum quam proxime accederet, qui huic vel illi loco aptus. Venæ revelientes pulcherrimo artificio arteriis continuæ nec essent necessariæ; eas interim indicat naturæ simplicitas. Nullus igitur dubitandi locus relinquitur, ficuti in aliis partibus ita & in his glandulis folliculofis prius humorum præparationem contingere, nec in forma iis mucum jam inesse, uti loquuntur scholæ, cum tantum ejus materies insit. An vero adhuc placet & mucum tamen illam esse materiem, quæ modo separetur, fine quod ulla actio præparatoria antecedat, fac ergo, ut is hæc vasa intret. An ideo talis vasorum ordinatio, quæ huic mucoso eliminando respondeat, sed hoc supponis, ergo & determinatam vaforum vim in auxilium trahas necesse erit, quæ junctim talia efficiant, quæ velis. Simplicius mihi videtur naturæ opus. Sicuti ad alia organa, ita etiam ad folliculos nostros alluens fanguis, per varias caufas, quas nemo III. HALLERO Elem. Physiol. T. II. L. VII. S. III. S. 2. feq. accuratius descripsit, imo depinxit, talibus instruitur partibus, ut per angustissima arteriolarum in folliculos hiantium ofcula depluens humor, quando ex eodem venulæ reforbentes exfuxerunt fluidiores partes, in mucum determinatæ spissitudinis abeat : in ipso autem sanguine hærere tales partes, quæ queunt in mucum verti, evincunt Experimenta Cl. Quesnay Oecon. Anim. T. III. p. 77. Cel. Schwenck Hamatol. pag. 172. & 173. Ill. Archiatrorum Comitis Senac in Traité du Cœur T. II. p. 98. Eximii DE HAEN Rat. medend. P. I. p. 79. Sq. ab Ill. DE HALLER T. II. 133. Sq. confirmata.

S. VIII,

Fabrica glandularum folliculofarum earumque actione præpa-

præparatoria descriptis proximum nunc erit de natura & usu secreti humoris ulterius verba facere. Examinemus paululum eum, qui per infignem illam lateque expansam in omnes labyrinthi, narium & faucium recessus, tracheæ & œfophagi faccos convolutam membranam, quæ a Schneidere nomen habet, per fauces, laryngem, asperam arteriam, in pulmones ufque exprimitur. Pellucidus est, lentus, infulfus, inodorus, lubricus, exficcationis ope in lemas durescens vel in tenaces crustas concrescens, observante Boerhave ad Ruyschium, tenacior in narium cavo, magis tenuis & lubricus per fauces, adhuc fluidior, ubi in trachea secernitur, mediæ inter mucum narium & tracheæ indolis, dum œsophagum oblinit. Tali enim indole debuit esse instructus, ut sua munia rite obire possit. Quid si esset mera aqua, nec parietibus adhærere poslet, deplueret in pulmones, fingulis momentis suffocationis metus immineret. Si tenacitate five excederet, five deficeret, obesset functioni partium quas defendit, suoque muneri præstando minus par esset. Nunc autem arcet a pulmonibus, quidquid in aëre obvolitat, iifque molestias creare posset. Nervos in membrana, odoratus sedes, oblinit, ne a perpetuis aëris injuriis afficiantur, odoriferas particulas tenet, ut eo diutius delectari queat homo. In faucibus secretus reliquisque aëriis & cibariis viis, lubricam undique viam reddit, præcipue bronchiorum fenfilissimam fabricam blando linimento obducit, defendit ab acrimonia & asperitate deglutiendorum ad ventriculum ducentes canales, ut aër ex glottide expressus clarum sonum edat in causa est, ne exsiccentur cartilagines ad eam collocatæ, tenera a quibus formatur ligamenta, ipía membrana, continuo aëri exposita, ne ab ipso exsiccetur, destruatur cavet. In hisce viis atque fabrica organorum sæviit præcipue morbus noster, hæc ex justo examine perspecta plenissimam ipsi lucem affundent, comparando eorum actio-Practice.

nes

nes integras cum iis, quando a statu sanitatis dessectunt. Jubet nunc ordo, ut ad ea, qualiacunque sint, quibus factum est, ut morbus noster extiterit, pedem promoveam.

S. IX.

Caufæ proximæ seu immediatæ declarationi me accingo, quippe cujus cognitio perspecta non exiguum felici curæ momentum affert. Exspatiabor hic in amplissimum quendam campum fœcundorum ingeniorum commentis luxuriantem, quibus exacta causarum investigatio spissis fatis tenebris erat obvoluta. Ostendi supra, quam Veteres de origine & sede Catarrhi foverint sententiam, quam eorum Posteri, præjudiciorum veluti Epidemico morbo jactati. Si recte enim horum introspiciantur libri, quid aliud erant, quam Commentarii & Glossæ in eruendis & detegendis Primorum de Medicina sensibus & per Theorias Medicinæ vexationes. Illis caufa Catarrhi fuit destillatio humorum ex capite a perpetuis vaporibus in illud elevatis, multum eos adjuvare putarunt intemperiem cerebri frigidam ac humidam, unde cerebrum non bene illos tanquam alimentum digerere valeret, inde finxerunt aggregari tales partes, quæ tandem prorumpunt & subjectas partes infestant. Hæc perpetua fere fuit Medicorum Theoria, donec PARACELSI & HELMONTII famæ inundarunt orbem, qui Medicinam a fordibus conspurcatam mundam reddere tentarunt. Repudiarunt igitur fenfus priores & cum his eorum nomine subscriptos, quoties posteriores curæ eos faniora docuerunt. Verum quid protulit talis delirantium cohors, fanaticis furni experimentis præoccupata, novam tantum Praxi Medicæ injecerunt remoram, quum per eos judicia naturæ ad Chemicorum furnos fuerint coacta. Adeas quæso spirituosum PARACEL-SUM, Spiritus ex metallis aliis subtilioribus adhuc spiritibus constantes Darticu-

constantes cum subtili aura, quam naribus attrahimus, ad cerebrum miscentur, inde brancha, pituita, coryza & Catarrbus ortum trabunt. L. 2. Tr. II. c. 3. de Morb. metall. HELMONTIUS Vaporistarum figmenta rejicit & ad oculum demonstrat, quod vana sit vaporum adscensus e stomacho ad caput historia, & quidquid scholæ de isto garriant, sictas & aniles fabulas reputat. Hic Catarrhos non ex uno fonte, capite scilicet, unde omnes Catarrhos depluere comminiscuntur schola, sed ex propria cujusque partis Idiopathia, fermentis topicis superinducta, oriri autumat; contingit autem id, quoties in spiritum impetum facientem, peregrina aura, aut exoticum contagium per nervos, arterias imo & ipfum corporis habitum suscipitar. Lunæ etiam Blas, vicislitudinum operationes in nobis molitur, que maxime in cerebrum, itemque in nervos atque membranas sese ostentant, hacque futuras tempestates prasentiunt sape, ac praaugurantur. de Catarrh. Deliram. p. m. 346. fgg. Pacatis Philosophorum perignem rumoribus WILLISIANA & SYLVIANA dogmata saniora magis, & ex ipsa natura petita erigebant caput. Willisi sententia fuit, Massam sanguineam nimis fusam ac in serositates præcipitatam, statim materiæ aquosæ ingentem copiam, e tracheæ glandulis & arteriarum ofculis exsudare facere, hanc vero materiem, quam serosam dicit, in ductus tracheales depositam & indies uberius aggestam, tandem versus putredinem alterari incipere. de Medic Openat. P. II. Sect. I. cap. 6. Sylvius lympham vitiatam cum affectis glandulis cerebri & delabentem a cerebro liquorem allegat. Prax. Med. L. I. c. 27. S. 29. Mittamus Philosophorum de morbo nostro placita, quorum conditores, ab abstractæ Philosophiæ tranquillitate allecti, Medicinæ sese immiscere & morborum historiam per speculationem institutam nobis dare non dubitarunt. Praxeos ideo principia ab iis conscripta tantopere turbata esse reperies. Afferat Cartesius cum suis asseclis, quascunque voluerit. particuparticularum figuras in sanguine contentas, disponat eas, ordinet, figuret, utut ipsi libuerit, poros esformet particulis respondentes, modo suum ingenium, non vero natura eas demonstrat. Quodsi talibus Philosophis suum philosophandi morem adimeres, uno momento Iro redderes pauperiores. Stahlius Theor. vita & mortis p. 98. seq. nostrum affectum Phlegmotarrhagiam dicit & deducit ab appulsu sanguinis largiore ad nares, quarum autem vasa sanguinem ipsum, quia prater modum spissus est, dimittere, & hamorrhagiam formare nequeunt, sed tenuiores tantum humores transmittunt.

\$. X.

Recentiorum Auctorum plures Catarrhum a fero acri in folliculis membranæ Schneiderianæ abundante derivant, & eum recte inde derivari, si saltem cum iis per serum omnem humorem ex fanguine secretum intelligimus, non pauca funt, quæ evincunt. Sive enim consideremus functionem earum partium, ubi sedes Catarrhi observatur, quas quippe falia five cum cibis ad fanguinem delata, five per vim vitæ extricata e corpore eliminare ex Physiologicis constat, sive rimemur causas procatarcticas, deinde dicendas, & inter quas impeditam transpirationem primariam esse patebit, sive contemplemur rosiones, quibus a materia Catarrhali afficiuntur palatum, os, nares &c. five audiamus ex illis, qui materiam eandem gustu explorarunt, quod falinum saporem linguæ imprimat, sive reperiamus apud Auctores, quod variæ dyscrasiæ acres Catarrhum producant. Conf. Cel. Astruc de Morbor. vener. T. I. L. IV. cap. 3. n. 3. HOFFMANN. Med. Rat. System. T. IV. P. V. cap. 5. obf. 1. p. 225. &c. five videamus, non pauca exanthemata affectus Catarrhales comitari, five consideremus denique, quod medicamenta, quæ acrimoniam obtundunt.

obtundunt, Catarrhi vehementiam minuant, nullum omnino nobis remanet dubium, liquorem, in locis Catarrho affectis hærentem, omnino pollere acrimonia. Id interim nulli imus inficias, dari quoque Defluxiones, sub quarum saltem initio nullum humorem acrem accusare licet. Ipfa muci materies, si ea copiose nimis in suos folliculos deponitur, si talis a sanguine secernitur, quæ per nativam folliculorum reforptionem justo spissior evadat, si mucus, quo minus effluere possit, impeditur, tumentes miti humore folliculi, & suis parietibus inhærentia, & quæ inter ipsos decurrunt, vasa, prement; cum interim omnis humor corporis nostri stagnans, mora acrimoniam induat, hinc & Catarrho, si per aliquod tempus continuavit, tandem acrimoniam supervenire posse, evidens est. Humore si turgent folliculi, aut quando eorum vafa, five propria, five proxima, copiofiori fluido diftenta sunt, motui sanguinis ad ipsos resistitur, premuntur majora, quæ inter eosdem decurrunt vasa, intumescunt portiones membranæ Schneiderianæ, etiam longius inde distantes, ad sinus cranii usque propagantur morbi effeclus, laborant omnes partes, quibus hæc membrana profpicit, liquor acris ad pulmones descendens tustim excitat, folliculi ad glottidem situati si in consensum trahuntur, peccabit liquor, a quo vocis claritas pendet, pressa per papillas linguæ & narium membranam diftributa medulla, & gustandi, & olfaciendi virtute exuit ægrotantem, tumens per nares, fauces, tubam Eustachianam membrana, spirandi, deglutiendi, audiendi facultatem minuit, ipsos oculos quoque affici, ex eorum cum naribus, ope meatus membrana Schneideriana investiti, nexu, evidens fit. Cum in nostro morbo altius diffuso, ob plura quæ five obstructa funt, sive pressa vasa, cordi resistentia præternaturalis furgat, hanc autem semper febrem excipere, communi Clinicorum experientia constet, quippe qui, diverdiversissimi licet sint in explicando phænomeno, tamen omnes de ejus constantia consentiunt, cum præterea transpiratione imminuta (hæc enim non potest non imminui, quando folliculi, inter quos decurrunt perspirantia vasa, turgent) massa humorum, uti par est, non depuretur, stimulus cordis & arteriarum inde præternaturali acrimonia afficitur, oritur febris, & omne, quod febribus accidere solet, symptoma.

perting of an incepite u.IX. . an biandedios die antique

Causas remotiores, ad morbum nostrum suscipiendum disponentes, procatarcticas dictas, investigare, ordo suadet. Primum itaque locum occupat Aër, fluidum illud, quo undique circumfusi sumus, quodque respirando per os, nares, fauces, ad pulmonum organa trahimus, ut ne uno quidem momento salva manente vita illo carere possimus. Alteratur ille fere singulis momentis, perpetuo enim e terræ visceribus surgente vapore, a tot corporibus vegetabilibus, animaliumque partibus, quæ continuo halitum eructant, salubres partim, partim nocivas potentias, inevitabili continet sorte. Frequentes interim & subitæ ejus vicissitudines, quas subit, per causas physicas explicandas, dum calidus modo, modo frigidus evadit, adeo machinæ nostri corporis inimicæ existunt, ut eo nullum pejorem fere hostem agnoscat. Hoc effatum est Venerandi artis Parentis HIPPOCRATIS Sect. III. Aph. 1. antea jam citat. Præ reliquis autem anni temporibus hyems magis dispositum reddit corpus, ut vitiis pectoris occurrant homines; quare & Sect. III. Aph. 23. inquit: Hyeme vero Pleuritides, Peripnevmonia, Lethargi, Gravedines, Raucedines, Tusses &c. & Celsus L. II. c. 1. Hyems capitis dolores, tuffim, & quidquid in faucibus, lateribus, visceribus mali contrabitur, irritat. Mutationes ergo fubitas aëris occasionem dare Catarrho, omnes unanimi ore consentiunt, qui de Scriptis aliquid prodiderunt, quare haud abs re fore existimo, ut Epidemiam hujus anni traditurus, aëris per primos anni menses vicissitudines accurate observatas, Tabula quadam, quam hujus Dissertationis calci adjeci, sistam. Debentur vero hæcce Observationes Meteorologicæ curæ Exp. atque Excell. Dn. D. & Prof. SPIELMANNI, Patroni atque Praceptoris mei pie Devenerandi, qui easdam mihi benigne impertitus est. Incepit noster morbus medio fere Maji, &, ut jam supra dixi, numero ægrotantium indies multiplicato, in populariter grassantem increscebat. Continuavit per aliquot septimanas, nec ulli fere in nostra urbe pepercit. Quoniam cæteroquin in pluribus, minime diris symptomatibus, erat stipatus, nec stragem ediderat, plurima jocosa in ore hominum de eo circumferebantur & communi nomine, la Gripe, denominatione ante aliquot lustra simili morbo Parisiis imposito, audiebat. vid. Recueil Period. T. X. p. 368. Num vero præter diversam die nocteque alternantem temperiem occulta adhuc diathesis in aëre continebatur, quæ ab inexplicabili quadam alteratione in ipsis terræ visceribus pendebat, unde illa effluvies corpora has febres suscipere determinavit? Vix hoc videtur probabile, cum hunc morbum per omnem Europam late vagatum acceperimus. Id inficias ire non potero, quod quandoque in aëre subtilis caustica materies insit, quæ inspirando glandulosis locis sese insinuat, eadem dolore, rubore afficiat & Catarrhi genesin producat. Generare eam valebit liquescens nix & regelata glacies, quibus solum aqua inundatur effæta, quæ passim stagnans & putrescens, noxia inde emittit in aërem effluvia. Hoffmann. M. R. S. T. IV. S. I. cap. 8. S. 8. Enemy argists solarers toglish. Et quidquat in fancil as, les

peffee, omnie, quanticality of the pluvia, vix quatuor politicam altitudinem inperavie, frigus neutriquam inten-

Ab aëris vicissitudinibus nostrum morbum deducendum esse §. XI. evici. Producunt illæ eundem, dum perspirationis negotium vario modo modificant; calidus aër copiosam excitat perspirationem, eandem sustinet sicca aëris temperies, inde & aqua & fordibus variis liberatur humorum massa, æstuans aër, perspirationem in sudorem cogit, justo copiosiorem aquam difflando, spissiorem reddit sanguinem; humidus e contra & frigidus aër, perspirationem cohibet, minuit excretionem, ad negotium fanitatis summe necessariam, unde non possunt non humores morbose abundare, fordibus acribus scatere. Conf. SANCTORIUS, KEIL, ROBINSON, & DE GORTER, qui per experimenta, cum exquisitissima cura instituta, in leges perspirationis inquisiverunt. Id præterea adhuc observandum duco, quod, larga procedente transpiratione, humores ad illas, quas aër immediate alluit, partes, copiosiores ruant, id quod & per circulationis leges, & per fecretionis principia, & per habitus cutis sub aëre calido intumescentiam, ruborem, calorem, evidens est. Si igitur aërem calidiorem subito frigidior excipit, non tantum, quæ ex imminuta perspiratione surgere dixi, orientur in corpore mala, sed maxime afficientur illa vasa, a quibus tubuli perspirantes propius absunt, hæc ab humoribus distenta, obstruentur, & cum humores excrementitios, sanitati noxios, acres habeant, gravius etiam laborabunt; noxas has, a largiori perspiratione, subito infigniter imminuta, fauces & via aërea evidentius præ cute sentient, epidermide sicca quippe haud desensa, sed laxa, & in loco humido & calido teneritatem fuam nunquam non servante. Hæcce nunc ad tempestatem, quæ prioribus anni hujus mensibus fuit, applicemus: sicca erat, quæ per quinque priores anni menses obtinuit tempestas

pestas, omnis, quæ per eos decidit pluvia, vix quatuor pollicum altitudinem superavit, frigus neutiquam intensum per eosdem corpora affecit, hinc per omnem hyemem transpiratio non insigniter erat imminuta; medio Aprilis ad temperatum calorem Thermometrum afcendit, & calor cita incrementa cœpit, ita ut vigesimo ejusdem mensis die jam ad illum pervenerit, qui media æstate solet obtinere, & hic infignis calor per duodecim continuos dies duravit; largissime igitur corpora perspirarunt, & ut homines caloris incommoda lenirent, vestes hyemales seposuerunt, contra Sanctorii Aph. 195. & DE GORTER cap. XI. 36. monita: a secundo ad duodecimum usque Majum frigidior denuo obtinuit aura, imo die vigesimo nono ejusd. insolitum plane frigus accessit; hinc observante Sanctorio Aph. 194. tertia pars circiter perspirationis erat exire prohibita, non potuit igitur non statim massa humorum onerari, & quidem onerari humoribus impuris, hi maxime in vasis membranæ Schneiderianæ laxis, S. X. aëri præ reliquis magis patentibus, & ad quæ hactenus, cum larga fuerit perspiratio, large quoque fluebant humores, accumulabantur. Adoramus hic Divinam, quæ nostræ vitæ invigilavit, providentiam, ea miti, quam transegimus hyeme, corpora nostra perspirantia conservavit, & ne nimiæ sordes per brumam collectæ, transpirationem Majo imminutum ituram, malignorum morborum causam redderet, cavit; eadem ipsos, quos dixi, menses valde siccos esse justit, ne perspiratio, per frigus imminuta, adhuc magis per aëris humiditatem imminueretur & graviores, putridi maxime morbi surgerent. Quam injustæ erant nostræ de nimia siccitate querelæ, ea ipsa contra graves ægritudines nos servavit immunes, & omnibus & exquisitis terræ fructibus abundantes stitit nostros hortos, agros, vineas & pomaria.

erat, quæ per quinque priores anni menles obtinuit tem-IIIX .?

S. XIII.

Exposito nunc eo, quod proprie occasionem dederit nostro morbo, accidentalia quoque paulisper perpendere animus est, a quibus alias quoque Catarrhos surgere est observatum, his enim perspectis, plurima cognitu necessaria in ipsam curam redundant. Demonstrant ea rationem, quare unus homo præ altero citius decumbebat, & diutius ab eo continebatur. Huc itaque trahas necesse est, quæ solidi vivi vim infringendi & massam sanguineam humoribus augendi, occasionem præbuerunt. Præter aëris potentias, quas S. XI. explicui, alimenta & potulenta suam symbolam ad producendum Catarrhum conferunt, præprimis illa, quæ glutinofa indole, nec bene fermentata, humores nostros ita viscedine sua inquinant, ut deficiente partium vitalium tenore, citissime stases exoriri possint. Felices omnino Argentoratenses, quibus sua Alfatia tantam quotannis optimorum vini generum abundantiam largitur, ut non opus habeant ad liquores spirituosos, quorum in fermentationis modo facilis error committi potest, confugere & inde sanitatis pericula experiri; quibus quoque tanta crescit rerum copia, adeo insignis est omnis generis animalium abundantia, ut facile cibis ex farina non fermentata paratis careant. Nec suo effectu & illa defraudantur, quæ in nimia quantitate, nec bene præparata, ventriculo ingeruntur, sanguinemque eadem labe conspurcant. Quam lubenter ab hoc errore Concives nostros immunes prædicaremus, si id per veritatem liceret! sicco pede haud prætereundi funt potus spirituosi cujuscunque generis, justo copiosius hausti. v. LANG. Opp. T. II. p. 40. cap. 7. not. w. nec non aquæ turbidæ limofæ aut multis impuritatibus scatentes, a quibus jam Illustr. LINNÆUS febrium causam derivat, in Dist. de Febrium intermittent. causa §. 54. Circa illum Argentoratenses parcius

parcius quam gentes magis Septentrionales peccant; ab hoc, cum ubique copiosissimæ optimæ aquæ scaturigines apud nos faliant, nunquam vel unus ægrotavit. Motus corporis, qui, si moderatus ejus usus, sanitati quam maxime proficuus est, ita corpus, si nimius, viribus depravat, enervat, ei torporem inducit, & præterea fluidiores partes dissipando, ex corpore expellendo, cæterosque inspissando frequentissima morborum suscipiendorum causa evadit. Non minus quoque otium multum & fomnus diu protractus ad inspissationem fluidorum & torporem solidorum disponit. In hunc censum quoque veniunt sinceri fanguinis excretiones five artificiales, five naturales fponte vel arte inconsiderate suppressæ, quibus contingit, ut folidorum tenor pedetentim ab humorum abundantia labefactetur, eisque legitime circumagendis impar evadat, inde in universo corpore molestiæ, ita ut frequentissimam Natura luctam cum iis instituat: hinc qui ex magis borealibus regionibus ad nos veniunt, & in climate vitæque genere, quod fanguinem magis exæstuat, quam eorum corpus hactenus expertum est, sanguinis subtractiones negligunt, facile varios apud nos incurrere folent morbos, qui autem imminuta humorum quantitate facillime profligantur. Ast & ipsa humorum quantitas, nimium imminuta, nostro morbo ansam præbere poterat, cum exinde quoque solida laxa reddantur, plethora a debilitate oriatur, atque secretionis negotium turbetur: quale exemplum memorant Nov. Act. Phys. Med. Vol. I. app. p. 15. Tandem & animi pathemata, mœror & tristitia, timor & pavor ingens fomitem conciliant, unde partim infringuntur naturæ vires, & fanguis in regiis HARVÆI orbitis retardatur, aut constringuntur, inexplicabili prorsus ratione, ultima vasorum oscula, & ne illa emittunt quidem, quæ fanitati proficua funt. Recensitis ergo & causis remotioribus accidentalibus a rebus non naturalibus

% (27) 漆

turalibus petitis ad ipsa symptomata plenius evolvenda transeo.

S. XIV.

Symptomata nostri morbi ceu effectus pro diversa ætate, temperie, sexu variabant, nec in uno subjecto semper talia observata, qualia fuerunt in altero. Itaque omnibus, quotquot invadebat nostra febris, primum caput suit tactum & ab eo dependens nervosum genus, quare & capitis dolor obtusus, gravativus, vertiginosus, eos ve-xabat cum subitanea statim a primo invasionis tempore virium prostratione. Notatu dignum est, partem anteriorem capitis male eos habuisse, qui non graviter decumbebant, quod præcipue a vasis anterioribus cerebri, laminam cribrosam ossis ethmoidei perforantibus, obstructis deduco, unde impetus major fiebat in vasa eorum lateralia cum eis communicantia. Hoc manifesto apparuit in tenerioribus subjectis, quibus, sanguine per nares effluente, dolor capitis fere uno momento cessavit. Defectus virium nec eos excepit, quorum corpus lacertofum alias & infigni robore gaudebat, ita ut gravius quandoque lecto decumberent, nec corpus & caput præ nimio torpore atque dolore erigere & movere potuissent. Anxietates præcordiorum eorumque angustiæ, respiratio laboriosa, suspiria, quæ interdum ægrotum torserunt, ipsi omnem falutis recuperandæ spem abripiebant, & totum vitæ negotium ad triarios reduxisse videbantur. Hæ animi inquietudines, nocturno tempore, secundo jam die, cum morbus incrementum ceperit, accesserunt. Agrypniæ præterea fere assiduæ, ita ut primam & alteram noctem vix non omnes satis insomném transegerint, tussis, sternutatio, ardor, pruritus in faucibus, naribus, tonfillarum inflatio, & glandularum maxillarium, eis quam maxime

xime fuerunt molesta. Hæc symptomata, licet malignitatis quid in se habere viderentur, non continuo, multo minus din ægros offenderunt, sed mox critica evaserunt, succedente varia salubri excretione. De rara febris Catarrhalis solutione per maculas Essere dictas & excretionem copiosam materiæ primo viridis, deinde subrubræ, tandemque cineritiæ ex nare sinistra. v. Eph. N. C. Cent. III. & IV. obs. 144. p. 332. seq. Admiranda hic utique Naturæ autocratia, ubi, si læte ea operatur, Medicus nil nisi spectatorem attentum quasi agit, quam vero, si actuosa nimis, retinere; si torpet, excitare ipsi necesse erit.

S. XV.

Natales suos traxisse nostrum morbum a repletione humorum propter suppressas vias orta, per quas ordinaria naturæ lege transpiratio contingere debet, supra S. X. evici, non minus ergo consentaneum est, easdem, reseratis a Natura poris, rurfus finem fuum obire. Hæc vis ciens, multipotensque, benigna adeo in corporis salutem, tales ciebat motus, ut sæpius absque medentis ope, hostem suum per largos sudores ex universo corpore propelleret. In aliis manabant e naribus, fere liquentes humorum guttæ, crebrior tussis & frequens expectoratio corpus ab abundante hocce humore privabant, inde capitis dolores, anxietates præcordiorum, respiratio mole-Ita, lassitudines artuum uno fere impetu fuerunt profligata. Retentus in aliis humor membranam tot narium mæandros obducentem intumescere fecit, inde pruritus in iis contingens in multis sternutationem excitabat, fæpius valde enormem. In aliis stillicidium materiæ mucosæ & ejus ex profundis pulmonum latebris ejectio cum frequenti screatu & tussi insequebatur, quæ quoque molestiæ, restituta per poros cutis perspiratione, pedetentim evanuerunt

runt. Jungo nunc & eas, quæ in urina præcipue observatæ fuerunt, mutationes. Tenuis erat in principio morbi aurantio colore tincta, circa crifeos tempus coloratior, fedimentum dein deposuit albicans, muci instar. Observarunt jamjam Medici WRATISLAVIENSES in Hift. morb. p. 116. quod urina in hoc morbo peculiare quid habuerint, post brevem enim moram parietibus vitri induxerant cutim ex albo rubentem, manabat interim hoc tempore in largiori quantitate, excretionem cutaneam & parciorem e naribus fluxum compensans. Alvina excretio paucissimis emolumentum afferebat. Lingua non aspera, verum lento glutinoso fucco obducta squalebat, quæ vero, crisi facta, rubro iterum colore suffundebatur. Assumta alimenta & potulenta ordinarium saporem linguæ imprimebant. Hæ fuerunt viæ, quibus Natura falutarem morbi exitum moliebatur, quæque Medico naturæ ministro, optimam aperiebant methodum, tunc observandam, quando natura torpida fiebat, quomodo judicio & prudentia excitanda, & in rectam, justamque viam erat reducenda. Hoc præcipue valebat in iis, quibus ob nimiam humorum tenacitatem, fegniores fiebant folidorum vires, promovendis & absolvendis secretionibus impares. His positis, attendere necesse fuit medentibus, quanam via præcipue materies e corpore secedere suerit molita, ut adjutrices dein manus præstare potuerint, & aureæ artis Parentis regulæ satisfacere: Quæ ducere oportet, quo maxime vergant, eo ducenda, per loca convenientia. Sect. I. Aph. 21.

S. XVI.

Transeo ad signa diagnostica, quorum plura in expositione symptomatum §. XIII. & XIV. jamjam recensita occurrunt. Signum pathognomicum seu character specification.

cus nostri morbi erat gravedo, tussis, sternutatio, quibus materies mucosa in corpore collecta & ex eo ejecta suit, hac eum facillimo negotio ab omnibus aliis pectoris morbis distinguere licuit. Hæc sese ei jungebant statim fere in principio morbi, ut & illi, qui Medicos se haud profitebantur, hac præsertim tempestate, morbum nostrum jam prædicere potuerint. In quibusdam interim subjectis, morbus licet idem contingeret, suam tamen formam non statim induebat, sive ob deficientem virium inopiam, sive materiæ peccantis ad secretionem & excretionem ineptitudinem, sive quoque regimen minus exacte observatum. Ejusmodi præsertim acciderunt in teneris infantibus, vel subjectis ætatis profectioris, vel valetudinariis, quæ vero uno vel altero die elapsis, per adhibita ea, quæ Medici prudentiam expectant, cito sese prodebant. Pulsus frequentiores, celeriores erant. Magna quidem & ratione individuorum eos intercedebat differentia; ficuti in cholericis, ubi naturaliter multo citior est pulsus quam in phlegmaticis, hic quoque & fuam efficaciam haud intermisit, dum multo intensior animadverteretur in illis, mitior vero in his, sanguineis mediam tenuit viam. Hi vero pulsuum rhythmi, versus noctem, imminente sebris majore impetu, augebantur eximie, cum interdiu mitiores rursus lenesque evaserint. In illis, quorum solida nimia irritabilitate peccarunt, multo frequentius micabat pulsus, qui quoque ratione quantitatis materiæ mitius ægriusque decumbebant. Sanguis e vena missus, vel e naribus erumpens, spissus erat, statim post emissionem in thrombum concrescens, serum, cui crassamentum innatabat, ordinaria flavedine fuit tinctum, illud vero nonnunquam tenui, albida pellicula erat obductum, haud tamen glutinosa, id quod maxime observatum suit in illis, quibus dolor & gravitas præcordia oppresserant. Plurima alia signa a facie, ore, naribus, petita, de quibus hinc hinc inde Auctores loquuntur, silentio prætereo, contentus illis, quæ magis manisesta sunt, & nunquam non omni tempore obvia.

mus, could fine to a protect religion Careson Comen

Signa nunc evolvenda veniunt, de quibus Medicus judicium de exitu morbi ferre debet, quod frequenter adeo difficile, ut maxima prudentia & judicio opus sit, ni artis detrectatoribus ridendi materiem offerre, ficque arti & nomini suo fere æternam notam inurere velit. Verum adeo obscure quædam, densisque tenebris sæpe obruta latent, quæ Medicum & adstantes omnino fugiunt, ut præter omnem expediationem ægrotum invadant, tumuloque præcipitem dent, quid inde mirum, si quandoque responsa dant oraculo delphico obscuriora? Sunt tamen characteres, ab Auctoribus confignati, quos utique in consilium trahat, necesse semper erit, hinc inde tamen occurrunt, qualia individui constitutio expectare non permittit, & quanta non est in iis differentia! Quo mitiora itaque apparent symptomata, eo major salutis spes; quod autem non in omnibus casibus quadrat, præcipue in malignis febribus, ubi patiens querulus, quam nil mali sentiens, fere optimus. In nostra vero febre & illi, qui gravioribus fymptomatibus obruebantur, per unum & alterum dein diem ordinario diutius ægrotabant. Majus etiam periculum erat in illis, qui imbecillitate corporis laborabant, aut in valetudinariis, aut labe quadam visceris affectis, aut senibus. Observavit Hippocrates in senibus coctionem non admittere Catarrhos, S. II. aph. 40. & GA-LENUS ad hunc locum observat, Destillationes ex bumore frigido ortas neque in juvenibus facile coqui. Ratione loci Celsus Catarrhos optime distinguit L. 4. c. 4. Si in nares destillatio fiat, leve est, pejus, si in fauces, pessimum, si in si in pulmones, ubi periculum adest ab exulceratione, qui & addit, si destillationes breves neglectæ fuerint, longæ este consueverunt. In genere & de nostra febre prædicare possumus, quod ad singulos morbos retulit GALENUS Comm. in Progn. L. 16. Summa & argumentum omnis prænotionis & moribundorum & reconvalescentium, est comparatio morbi roboris cum agrotantis facultate, potentior si fuerit morbus, morietur omnino bomo, si vero infirmior fuerit, quam agrotantis vires vitules, non morietur, si nibil peccatum &c. De vita periclitari solent corpora minus perspirantia, inde quoque frequentia deliria & comata observabantur. Lethargum huic sebri aliquando evenire jam RHASES annotavit. Sanguis fecta vena eductus, cujus superficies tenui crusta erat obsessa, inflammationis metum incussit, præcipue si jam & laterum dolores sentiebat ægrotus, quin metum quoque auxerunt rubor oculorum, scintillæ veluti igneæ observatæ, lingua arida, sicca, aspera. Sanguinis guttæ e naribus erumpentis critico tempore optimæ omnibus erant: sic quoque reliquæ evacuationes, nec quantitate, nec qualitate peccantes. criticis diebus contingentes, quibus fymptomatum ferocia fuit imminuta. Tandem etiam notandum, febrem nostram recidivis quam maxime fuisse obnoxiam, quum ejusdem præcipue aëris injuria fruebantur homines, qua sibi eam induxerant. afterum dein diem ordinario diatius al

compericulum erat in IIIVX ii i Decallitate comonis la-

Antequam Medicus curam suscipit, hæc indaget necesse erit, ut 1) morbi genium sibi quam maxime cognitum reddat, illum secundum subjecti temperiem exacto
secutinio exploret, partium sympathiam cognoscat, plena intaminataque Practicorum observata evolvat, quibus
demum subsidiis instructus, fausto omine eruet morborum
naturam.

naturam. Hæc licet primo intuitu sint difficilia, quum talia sæpissime quoque morbis sese associent, quæ inaudita sunt, nec in ullis Medicorum fastis obvia, efficium tamen medentis est agere; nec in re ancipiti Naturæ viribus tantum fidat opportunum, ut ipsi dein, an leni medicatione, an vero desperata uti debeat in casu desperato secundum Hip-POCRATIS præcepta, toties hæreat agua. Hæc præcipue observantur in Epidemiis, quum externa intus venientia, aut extus applicita, corpora ita invadant, nulla habita differentia, ut variæ fymptomatum complicationes animadvertantur, de quibus rarissime aut nunquam Practici verba fecerunt. In hoc rerum discrimine lenissimam simplicissimamque seligat methodum Medens, ipsamque Naturam ita dirigere tentet, donec plenissima ipsi lux affulgeat & hinc inde fymptomatum complicationes sese magis evolvant. Sunt enim non raro Naturæ motus, qui rite observati Medico viam commodam aperiunt, quam pres-- so pede insequitur; quos evertisset ante, si in medendo temere quid suscepisset. Quodsi itaque rem compositam esse videbit, ut omnium symptomatum analysin rite instituere, totamque historiam morbi ante oculos veluti sibi fistere valeat, reliquum erit, ut justam & ratione fundatam medicamentorum exhibitionem observet, qua naturæ motibus omni ex parte occurrere, eundem profligare & -fymptomatum fyndromen avertere possit; scilicet uti in nostra febre, urgente æstu, quo caput obnubilatum, totumque corpus calore ficco occupatum fuit, temperantibus ejus vires infringendæ erant, donec fedato fudor emanaverit, quem dein adjuvare artis regula erit. Remedia eligat felecta, causæ morbi accommodata, pauca, nec far-- ragine opus, quæ nunquam non Medicum fymptomaticum olent. Hæc de generali cura fufficiant. tabilium luccos, Mel, & variorum Suraporum & Condi-

torum genus, id maxime quod acidulo (apore & firim

S. XIX.

Caufæ nostræ Epidemiæ consideratio, attentio ad symptomata, quæ eam comitabantur, S. XIV. monumenta denique, quæ nobis fida Observatorum industria reliquit, ad tres Indicationes respicere fecerunt medentes, ad Evacuationem nimirum humoris præter modum in membrana Schneideriana collecti, ad impediendam porro uberiorem muci in illam partem effusionem, ad febrem denique, si quæ accessit, temperandam, moderandam, tollendam. Prima Indicatio feliciter obtinebatur transpirationis negotium prudenter incitando, dum enim ad vafa exhalantia humor tenuissimus copiosius appellebat, is qui in folliculis stagnavit, diluebatur, & a venis reforbentibus sugebatur & ex glandularum orificiis excretoriis effluebat, ex corpore eliminabatur. Bene autem prudentes cavebant, ne calidiore five diæta, five medicatione, humorum motum nimis intendendo & febrim, a qua præcipuum Epidemiæ periculum pendebat, augerent, & fanguinem per vasa jam ex morbo pressa, urgendo, inflammationem excitarent, & humores aucta arteriarum actione & diffipatis principiis aqueis phlogistica spissitudine densarent. Moderato & conclavis & lecti calore ad exteriora determinabatur fanguinis motus, impellebantur stagnantia fluida; largiori Aquæ calidæ potu, quam, Vegetabilia demulcentia, Flores Bellid. Paralyf. Farfar. Verbasc. Papav. Rh. Viol. Scabios. Herbas Chrysosplen. quod nostrates Nasturtium Petræum dicunt, varia Adianthorum genera &c. cum ea infundendo, temperandæ quoque acrimoniæ aptam reddiderunt, & insimul diluerunt humores, & materiem perspirationi aptam corpori ingesserunt: propinarunt quoque suis ægrotis Saponaceos vegetabilium fuccos, Mel, & variorum Syruporum & Conditorum genus, id maxime quod acidulo sapore & sitim fedare. sedare & præ reliquis magis humores dissolvere compertum est, ex Succis Citri, Rubi Idæi, Grossulariæ, Mororum, Ceraforum, Agrestæ &c. paratum; & inde ut mucus spissus resolutus fuerit, resorberi & expelli potuerit, feliciter obtinuerunt: eodem scopo etiam peraptas suisse Aquas Selteranas maxime fuerunt experti, has nec calidas nec gelidas pro potu ordinario propinarunt, aut eis Decocta ex Lignis aut Radicibus Guajaci, Sassafr. Cichor. Scorzon Sarfaparill. Vincetox. Petrofel. Polypod. Glycyrrhiz. &c. quibus & five Hordeum five Avena adjiciebantur, substituerunt; diluendi, attenuandi, resolvendi, demulcendi fcopo etiam egregie infervierunt Jufcula vitulina, aut ex pullis gallinaceis parata, quibus Folia recentia Intybi, Chærefol. Taraxac. &c. Radices præterea recentes Apii, Scorzoner Tragopog. &c. incoquebantur; huc quoque fecerunt Cremores Hord. Aven. Gram. Efculent. Sago, Oryz. &c. ex jure bovino paratí, quibus ægrotorum corpora alebantur; nec negligebantur, quæ Chemia dissolvendis humoribus parat, medicamenta, Antimonium Diaphoreticum, Sulphur Antimonii tam impurum, quam auratum, Regulus Antimonii Medicinalis, Magnefia Opalina, his prudentiores Medici sic dicta absorbentia, Conch. Ocul. Cancrorum Dent. Apri & Mandibul. Lucii pifcis &c. & aquas destillatas diapnoicas adjecerunt, non quod aliquem effectum ab iis substantiis expectarint, sed ut mori recepto, quo Nostrates & Pulveres & Mixturas, ut dicunt, temperantes & appetunt & præscribunt, aliquid darent. Cum nostrum vitæ genus neutiquam medicamenta exagitantia in ægrotantibus admittat, cum blande tantum perspirationem promovere judiciosi Medici esse constet, cum Alcahol sanguinem inspissare, hinc nostri morbi causam etiam augere evictum sit, hinc nec Alcalia volatilia, oleo empyrevmatico fœda, Spir. Corn. Cerv. Tart. Fulig. &c. nec Essentiæ aut Tincturæ spirituosæ ab aliis E 2 licet licet commendatæ, exhibebantur. Elixiria Pectoralia, Effentiæ Alexipharmacæ, Pimpinell. Succin. &c. relinquebantur illis, qui præcordia satis ferrea habebant ut maluerint forsan ex hypothesi ægrotos trucidare, quam ex justo, quod Naturæ studium solum dare potest, ratiocinio eosdem servare. Medicatio, quæ ad Primam indicationem fuit adhibita, Secundæ quoque satisfecit egregie, ei ulterius respondendi ergo, & crebriori Clysmatum injectione, & ore ingestis Eccoproticis, humores ad inferiora invitabantur, affluxus humorum a ventribus superioribus revellebatur. Enemata parabantur simplicissima ex Aqua, cui parum five alicujus unguinofi, five Mellis, five etiam Salis, si alvus suo muneri non respondit, adjiciebatur; Rhabarbarum, Manna, Tamarindi, Cassia, Flores Acac. Perfic. Violar. & inde parati Syrupi, Serum Lactis Tamarindinatum, quod Huxham Essay on Fevers p. 229. laudat, erant illa medicamenta, quibus alvus laxabatur. Et a largo Salium, & ab omni Catharticorum Refinosorum usu prudentiores abstinebant, jure exinde & augmentum febris, & nimiam subductionem partium diluentium ex sanguine. & augmentum acrimoniæ humorum metuentes. In tufficula, quæ quosdam nostra Epidemia affectos, etiam postquam morbus jam cessasse visus fuerat, incommodavit, adeo egregiam operam præstiterunt Eccoprotica, ut præsentaneam inde opem non pauci fuerint experti. Ipfe ego in Catarrhali hocce theatro tragcedum egi, atque ex horum exhibitione mox in melius fui restitutus. Dum his duabus Indicationibus causa sebris expugnabatur, hinc cum iis etiam Tertiæ fuit prospectum; illa autem, si increscere visa fuit, tunc & Venæsectionibus & Nitro ejus vires imminuebantur, Decoctum Pulli tunc Seminibus frigidis majoribus & Nitro maritatum egregie se gessit; Clyfmata, aliquot ante paroxyfmum horis, ut fub ipfo superiora defenderentur, & humore diluente ditetur sanguis.

guis, injiciebantur; sed injiciebantur quoque mox postquam insultus cessavit, ut excretio materiæ sub eodem cochæ promoveretur. Ubi autem sebris ad genium inslammatorium ascendere suit visa, tunc & iteratis Venæsectionibus & Camphoræ usu periculum avertere tentarunt.

mireflor supremulation \$. XX

Hæc fuit methodus, qua feliciter cessarunt sebris nostræ insultus, vires pristinas recuperarunt ægroti, citoque
cum sanitate in gratiam redierunt. Superest, ut adhuc
verba faciam de quibusdam remediis heroicis, quæ ab Auctoribus circa Catarrhum ita reperio agitata, ut quidam
ea maximis laudibus extollant, alii omni data opera de-

primere allaborent.

Opiatorum laudes, & in hoc affectu, extollunt Observatores. Nunquam satis laudandus TRALLES in Tract. de Opio Sect. III. p. 131. ait: Centenas & millenas forte tusses Catarrhales sustuli, exhibendo opium solidum, vel liquidum, quum ei altero die purgans subjungeretur. Præsert Eximius Vir Opium Diascordio, Mithridatio, Theriacæ & aliis medicamentis, quæ Opium ingreditur & quæ prisci Medici commendarunt. Et cum omnino nunc sit evictum id quod etiam Cel. Vir l. c. folidissime pro more probat, quod Opium sanguinem dissolvat, & perspirationem promoveat, hinc illud omnino videtur primæ nostræ Indicationi respondere, nulli igitur miramur, id ipsum & ab Auctoribus ab eo citatis, Helmontio, Sylvio, Willi-SIO, ETTMÜLLERO; WEDELIO, YOUNG, HOFFMANNO, SCHULZIO, FULLERO. SYDENHAMO locis citt. & a multis aliis Auctoribus ad affectus Catarrhales laudari, maxime cum idem etiam pulmonum a materia Catarrhali irritationem & inde metuenda & incommoda & pericula præ omni reliquo medicamento sopiat. Nostrates in hac Epidemia àb Opio abstinuerunt, cum remedia s. antec. recensita sufficientia viderint ad mucum attenuandum, & ad perspirationem promovendam, & fana Theoria jubeat medentes a validioribus abstinere, quando mitiora sufficiunt. Id adhuc adjiciendum esse duco, quod Huxham in ea, quam describit febre, intensissimam tustim difficulter opiatis potuerit cohibere. Nec tanta erat tussis, que nostrum morbum comitata est, vehementia, ut hypnotica exegerit. Becchica vero demulcentia, quibus vulgo utimur, Sperma Ceti, Butyr. Cacao, Oleum Amygd. dulc. Syr. Alth. Fernel. correct. Viol. Papav. utriusque, de Jujubis, de Liquirit. Capill. Ven. Pasta Alth. Troch. de eadem, Becchic. albi, citrin. nigr. Extract. Liquirit. vulgo Reglife, Tabulæ Pectorales, quæ inter nos a Parifiis denominantur, Mel vulg. Narbon. Decoct. & Syrup. a Pomis parat. &c. irritationi bronchiorum a materie Catarrhali acri fopiendæ ex voto fuffecerunt.

S. XXI.

Venæsectionis administrationem circa, ab omni tempore, quo Medicina excolitur, sere in singulis morbis diversissimas Practici sententias aluerunt. Alii eam ad cœlum extollunt, alii ad orcum usque damnare student. Mei non erit, diversas Auctorum opiniones & argumenta recensere, nec longo verborum circuitu in sanguinis missionis utilitates & noxas inquirere, id enim a scopo meo nimis esset remotum. Hæc vero examinare operæ pretium d'uco, an in nostro morbo sanguinem mittere necesse sur qui præjudicio, ex salsa Theoria orto, auctoritate quorundam clinicorum, quorum experientia uni aut alteri naturæ miraculo nititur, formato, negativam cunctis viribus contendere audent. Finxit illis meliore ex luto præ-

præcordia Titan, qui ægros exacte inquirunt, fymptomata accurato fensuum scrutinio examinant atque perpendunt, regionem, quam incolunt, vitæque genus exquisite rimantur, & sic sequelas tristes, indicationibus ratione firmatis, omnino avertunt. Magna utique est Hoffmanni fama, qui prasente febre Catarrhali Venasectionem diuturnitatem Catarrhi adducere scribit. T. IV. S. I. c. VI. p. 133. S. XI. & ACT. EDINB. l. c. istos, qui lipothymiis obnoxii erant, quando in Catarrho ipsis vena fuerit secta, ægre restitutos fuisse monent, & Sennertus L. de Febribus, c. 17. ait: Catarrho & tusti Epidemia maximam hominum partem a. 1580. correptam, vix vero millesimum quemque mortuum esse, nisi qui vitia quadam diuturna, & latentia in visceribus habebant, & qui sanguinem aperta vena mittebant. Experientiam enim boc comprobasse, omnesque fere mortuos este, quibus vena aperiebatur, & Romæ tunc temporis ultra 2000. hominum boc malo extincta esse, fortasse & bac de causa, quod Itali Medici nimis promti sunt ad mittendum sanguinem. Huxham proficuam invenit Venæsectionem, imo ob eam diutius neglectam, in pleuritidem, peripnevmoniam, febrem Catarrhalem abiisse refert l. c. Tissor 1. c. p. 149. & suo in casu Venæsectiones utiles reperit. Si dicendum quod res est, Venæsectio, ubi levis admodum febris, & symptomata, quibus ea stipatur, non urgent, & natura fua molimina jam exfequi incipit, ut nullus metus inflammationis urgeat, potuit omitti, maxime si tales erant ægri tractandi, qui difficilius sanguinis detractionem admiserunt; cum autem noster morbus originem duxerit ab aliqua excretione humorum impedita, cum in eodem vasa minora fuerint obstructa, majora pressa S. X. & hine femper aliqua causa inflammationis prægumena obtinuerit, cum ei facillime febris accesserit, cum & morbo nostro interdum symptomata inflammatoria supervenerint, & Epidemias Catarrhales in inflammatorias abiiffe, loca S.IV. BUE

S. IV. citata loquantur, malignitas etiam, quæ S. cit. fluxionibus supervenit, a sanguine stagnante corrupto non improbabiliter deducatur, vasis præterea majoribus depletis minora & facilius fuos liquores exhalare & alios reforbere queant, fanguinis missio quoque ad præcipua Revellentia pertineat, hinc mihi saltem ultra omnem dubitationis limitem positum videtur, venæsectionem in nostro morbo ab omni Indicatione therapeutica fuisse indicatam, eandem quoque inter præcipua pertinuisse, quæ Indicatio prophylactica requirebat. Nec me movent, quæ alii, fallaciam causæ non causæ ut causæ committentes, de ejus adhibitæ noxis clamitant. Id interim me neutiquam latet, plures e nostro morbo evasisse, sine quod ipsis sanguis detractus fuerit; sed prostant etiam exempla, quod homines fine Medico convaluerint, occurrunt observata, quod mortales assumtis venenis supervixerint, quod ex mediis flammis sani evaserint : num inde prudentes sibi persuaderi patientur, nunquam Medicorum confiliis uti, venena assumere, in medias flammas se præcipites dare? Ut jam non allegemus, quibus fanguis non missus fuit, longius cum ægritudine conflictatos fuisse, id saltem adjicio, fuisse casus, ubi venæsectio absolute instituenda suit, & eam omifisse piaculo fuisset. Redigo eos in classes sequentes: 1) Æger sanguineus, in quo & evidens sanguinis æstus hæmorrhagia per nares bonis ægroti rebus fuerit sedatus. Quid si ille fluxus non respondisset, nonne stases, inflammationes, deliria, gangræna & mors comites sese junxissent? 2) Intermissio evacuationis hujus affuetæ per longum tempus. 3) Evacuatio sanguinis naturalis suppressa, inde enim plethora in corpore gignitur & eadem mala presso pede sequuntur. 4) Majores febris infultus, ita ut in quibusdam locis, præcipue organis respirationis dicatis, molestiæ, anxietates præcordiorum &c. fuerint ortæ, inde non levis inflammationis futuræ metus.

aut jam factæ indicium, ad quam avertendam, quid Venæsectione prius? Ideo quoque morbus in nonnullis sub peripnevmoniæ larva incessit. Nec unica saltem Venæsectione contenti erant saniores, repetebant eam, quoties symptomata persistentia eandem repetere jusserunt, bene gnari, non numerum, sed effectum modum ponere medicationi; eandem quoque omni tempore instituerunt, vulgo quidem in principio morbi, & versus paroxysmum, si autem in ipso paroxysmo symptomata urserunt, eandem de novo administrare reformidarunt neutiquam, nec ab ea abstinuerunt, licet sudarint ægri, quando tales apparuerunt apparitiones, quæ eam suadebant; recte secum reputantes, illum optimum esse Naturæ ministrum, qui peccantes ejus motus prudenter corrigit; absurdum esse a mechanica natura rationalia molimina expediare. Nec omittebatur Venæsectio, si morbus, postquam jam per aliquot septimanas duravit, talia quæ eam suaserunt exhibuit phænomena, hæc ipfa enim vades erant, Naturam neutiquam adhuc ita esse debilitatam, ut evacuationem non admitteret.

antifule to dentelut, isberatur ideo & locus ,IIXX .. & non posture new &

eleveture & materies largasin e

fynotomaca, a fieli kumorum prodecta, felicem forest Ad aliud remedium nos ducit ordo, fymptomatum quorundam furori oppositum, de cujus effectu pauca quædam adhuc afferre animus est; sunt illud Vesicatoria, quæ & commune a Practicis fatum cum venæsectionibus experta fuerunt. Laudantur quippe ab his, culpantur ab illis. Verum, quod forsan idiosyncrasiæ, temperiei ægroti, applicationis tempori, aliisque circumstantiis adscribendum fuisset, id remedio dein inconsiderate latis impendere solebant, inde perire videtur Medicinæ promittentis fides & Observationum auctoritas. Vigilias, dolores, deliria ea intendere potius, legimus apud Borellum though Cent.

Cent. I. obs. 40. convulsiones quoque & alia tristia symptomata quandoque eorum applicationi fupervenisse Eph. N. C. Dec. II. a. 9. obs. 131. loquuntur. Nostro in casu optime sese exhibuerunt, de his eadem meminit Hux-HAM l. c. Pone aures ac inter scapulas admota, dolori capitis, tumori, asperitati faucium, certissimum tulerunt levamen; quin etiam nimiam in pulmones destillationem. cursum acris colluviei avertendo, probibuerunt. Acria enim sunt hæc vesicatoria ex Cantharidibus facta, quæ ex sua natura, & in viva folida agentes, non alio modo, quam irritando, effectum edunt. Ita vero & tunc temporis comparatum est cum nostri corporis partibus, uti id in morbis singulis diebus animadvertere licet, ut scilicet irritata una parte in consensum & rapiatur altera, tota natura fiat actuosior, ut motus cieat enormes. Infertur itaque per ea materiæ hærenti impetus, ut crebrioribus lacestatur motibus, sic stases solvantur, & materies angustissimis tubulis impacta, five in reliquum humorum circulum reducatur, sive exhalet. Adducunt ea insuper sua irritatione humores, ut epidermis in vesicam a cute separata elevetur, & materies larga in quantitate eo derivetur, liberatur ideo & locus oppressus, & non possunt non & fymptomata, a stasi humorum producta, felicem sortiri eventum. Per plures dies locum apertum fervare necesse est, ut & suppuratio contingat. Triste prognosticon eruit Medicus, torpore nimio irritabiles partes tactas esse, si non in larga quantitate e superficie materies educitur. Applicationis tempus utique observandum est; exulent ea, natura actuosa existente, quod circa paroxysmi tempus contingit, plus enim inde exasperaretur malum, quam quod ei suppetiæ ferrentur. Non minus quoque præparatum sit corpus eorum, quibus admoventur, plethora absit, & materiæ morbificæ vires aliquatenus fractæ fint necesse est, dolorem alias tunc temporis adeo immanem

manem excitarent & ægrum distorquerent ita, ut vivis adhuc an mortuis accenfendus, fit dubitandum. Veficatoria cucurbitulis ac ulceribus cauterio excitandis, quæ priscis Medicis in usu erant, recentiores substituunt; minus horrenda est eorum applicatio, & id quod de cantharidibus fanguinem fubit, humoribus refolvendis etiant apprime est aptum. De Vomitoriis adhuc sermonem injicit Tissor. I. c. quod in nonnullis subjectis, quibus saburra in primis viis collecta fuit, ea utilia deprehenderit. Verumenimvero quum morbus, quem ipse describit, nostro pluribus gradibus major erat, nec nostri ægroti de talibus symptomatibus, quæ saburræ præsentiam in primis viis manifestare potuissent, conquerebantur, & ab iis abstinebant Nostrates, maxime cum exinde congestio ad superiora potuisset augeri, ipse morbus gravior reddi, vasa pressa per morbum citius inflammari, imo rumpi. Nec concussio inde facta mucum fossiculis impressum potuisset expellere, antequam is fuerit attenuatus; sed quando attenuatus fuit, per debitam medicationem ipse, sine quod membrana Schneideriana concusta fuerit, effluxit.

S. XXIII.

Reliquum est, ut tandem de Prophylaxi nec non de Diæta, quam ægri toto morbi decursu observare jubebantur, sermonem saciam. Consistit illa in legitimo sex rerum non naturalium usu, quæ in gignenda nostra sebre singula suam symbolam conferre potuerunt. Evitent illi, qui tuti a morbo Catarrhali esse velint, omnem aëris frigidi frequentius commoti admissionem, qua humores per colatoria cutis excernendi reprimuntur, pori vasorum cutaneorum occluduntur, sic massa sanguinea minus laudabilibus succis oneratur, & morbo somes accenditur; subitæ aëris hujus injuriæ convenienti vestitu avertantur, loca

quærantur tunc temporis temperata, ne transpirationis negotium frequentioribus mutationibus obnoxium reddatur; accidit ideo illis, qui morbo nostro capti fuere, si iterum tali auræ se exposuerunt, ut novis insultibus obnoxii redditi fuerint. Quam primum ex torpore corporis vel mentis, coryza &c. morbi primordia sentiunt, per horas matutinas sese lecto componant, & epotis aliquot calidæ vafculis expellant id, quod ipsis morbum minatur. Victus nostris ægrotis exhibebatur humectans, Iufcula tenuia e carne vitulina cum cremore Hordei, Avenæ, aut pauco pane parata, potus erat tenuis, diluens, non frigidus, sed tepidus, parum acidulus. Sed de his supra iam dixi. Exularunt alimenta dyspepta, seu digestu difficilia, carnes, pisces, salita, acida, farinacea non bene fermentata, omnis generis vina, spirituosa, cerevisiæ, juscula consummata, quæ nutriendo nimis, calorem excitassent. Memores erant Medici Hippocratis regulæ, quo plus nutriveris, eo magis laferis. Hic victus tenuis & morbo superato per aliquod tempus continuandus erat, ne ventriculo & primis viis faburra inferatur, quæ novæ iterum febri portam pandere potuissent. Somnus & vigiliæ diu nimis, superato jamjam morbo, protractæ digestionem reliquerunt imperfectam, morati sunt alvinam excretionem, cruditates in primis viis coacervarunt, quæ latæ ad maffam fanguineam ibi turbas excitarunt molestas, torporem induxerunt corporis & animi, inde se - & excretiones turbarunt, cruditatem, acrimoniamque intu-Ierunt reliquis humoribus in corpore contentis. Quies interim moderata, uti semper suadenda, sic & tunc viribus ægroti proportionata egregie conduxit. Inprimis autem omnium fe-& excretionum naturalium, & consuetarum, & artificialium ratio habenda erit illis, qui a morbis Catarrhalibus immunes elle cupiunt, ne illæ aut ullo modo intendantur, variis corporis laboribus & motibus vehevehementibus, ne illa autem quoque ullo modo supprimantur in nebuloso frigidoque aëre. Alvina excretio, mensiumque sluxus cibis potuque convenientibus, & moderato corporis motu suscitientur, conserventur. Plethora, si percipitur, debito tempore venæsectionibus temperetur. Absint animi pathemata, terror, mœror, curæ, sollicitudines, quibus motus vitales, naturales & animales retardantur, omnesque Medici conatus redduntur irriti. A laboribus & profundis meditationibus mens relaxanda est, juvat præcipue post pastum clara lectio, modicus motus, cum amicis grata consabulatio, ut Natura vires, quas pro reparanda & conservanda suscipit sanitate, optime, tranquille exercere valeat.

S. XXIV.

Hisce, quæ pro virium modulo circa morbum nostrum disserui, ea adhuc adjicio, quæ Experientissimorum Clinicorum urbis nostræ Collegium in publico confessu die vigesimo secundo Junii habito ad Inclytum Magistratum circa eundem retulerunt: sidem, auctoritatem, existimationem ea concilient commentationi a juvene & propria praxi & accuratiori harum rerum judicio, quippe quod frequens demum usus dare potest, destituto; doceant ea quam solide, attente, judiciose atque perspicaciter Medici Argentoratenses civium sanitati invigilent.

TANTUM.

OBSERVATIONES METEOROLOGICÆ ANNI MDCCLXII. JANUARIUS.

		1 1	The same	
Dies M.	Venti	Barometr. Poll, Lineæ	Ther- mom.	Cæli Status
I	N.	27. 9	34	Cœlum tectum.
2	SO.	27. 6	32	Serenitas, noctu nix.
3	S.	27. 9	34	Serenitas.
4	S. O.	27. 9	26	Cœlum tectum, vespera & noctu pluvia
Taking I	-763	THE PLANT OF	等的第二字 5	& ventus impetuosus.
5	S.O.	27. 8	40	Serenitas.
6	SO.	2001 7 6	40	Cælum tectum, interdum pluvia.
7	S.	27. 7	48	Cœlum tectum, noctu pluvia.
8	SO.	27. 9	44	Serenitas.
9	S.O.	27. 9	32	Serenitas, noctu prurina.
10	S. U.	27. 9	38	Serenitas.
II	S. O.	27. 6	34	Serenitas.
12	S.O.	27. 4	44	Pluvia cum vento impetuoso.
13	S. O.	27.13	42	Pluvia.
14	SO.	27. 4	44	Pluvia.
15	S. O.	27. 5	40	Pluvia.
16	S.O.	27. 4	42	Mane ventus impetuosus.
17	S.O.	27. 7	38	Mane serenitas, vespera barometrum ad
	Billi	129 08 000	Bussie	27" 3" descendit c. vento impet. & pluv.
18	S. W.	27. 4	46	Pluvia cum vento, noctu ventus impetu-
	80 3	sepolar to	- Mark	osus cum grandine.
19	S. W.	27. 8	1 42	Serenitus.
20	S. O.	28 0	32	Serenitas,
21	S.	27. 11	42	Nebula.
22	N.W.		37	Serenitas.
23	N.	28. 0	28	Serenitas.
24	N.	28. 0	28	Serenitas.
25	N.	27. 9	28	Serenitas.
26	S.O.	27. 7	27	Serenitas.
27	S.O.	27. 9	29	Serenitas.
28	S.O.	28. 0	39	Mane pluvia, dein cœlum tectum.
29	SA	28. 0	44	Pluvia.
30	S.	28. 0	46	Mane pluvia, post meridiem Boreas sere-
100	-			nitatem adduxit.
31	S.	28. 0	36	Cœlum nebulosum.

Summus ad quem barometrum ascendit gradus erat ad 28", insimus ad quem deprimebatur mercurium ad 27" 3" sustinuit. Maximum hujus mensis frigus ad 26° liquorem thermometri depressit. Summus ad quem ascendit liquor gradus erat 48°. Venti maxime a meridie slabant. Pluvia quæ hoc mense decidit altitudinem unius pollicis & sex linearum æquavit.

FEBRUARIUS.

FEBRUARIUS.								
Dies M.	Venti	Barometr. Poll. Lineæ	Ther- mom.	Cæli Status.				
I	N.W.	27.10	40	Cælum teetum.				
1 2	N.	27.10	38	Serenitas.				
3	N.	27.10	30	Serenitas.				
1 4	0.	27.10	30	Serenitas,				
1 5	N.W.	27.10	26	Nix copiosa.				
+ 6	N.	27.10	24	Serenitas.				
7	S.	27. 8	28	Cælum tectum, ventosum, aliquid nivis.				
1 7 8	1 W.	27. 5	32	Cælum tectum, ventofum, aliquid nivis.				
19	W.	27. 6	32	Post meridiem & per omnem noctem au-				
	0		Santal San	ster impetuosus.				
10	S.	27. 0	32	Auster vehemens per totum mane conti- nuavit, vespera nix.				
III	8.	27. 4	28	Cælum tectum, post meridiem barome-				
		T. W. W Bir	the play	trum ad 27" cecidit, vent impetuos. of nix,				
1 12	S	27. 3	36	Ventus impetuosus per noctem & pluvia.				
13	W.	27. 2	44	Mane procella, interdum grando.				
14	S. O.	27. 7	36	Cœlum ventosum & tectum.				
1 15	S. O.	27. 7	49	Cœlum ventosum & tectum.				
16	S. O.	27. 9	50	Pluvia.				
17	S.O.	27.11	51	Serenitas.				
18	S. O.	27. 10	53	Cœlum tectum, noctu ventus impetuosus:				
19	S. W.	27. 9	52	Mane pluvia largissima, eam excipiebant				
1	THE PROPERTY OF	branes 20		fulgores Solis, denuo pluvia.				
20	W.	27. 8	44	Cœlum ventosum & tectum.				
21	S. O.	27. 2	39	Ventus impetuosus, grando, pluvia, nix.				
22	S.	27. I	36	Mane nix, versus vesperam caurus sereni- tatem reduxit.				
23	W.	27. 7	30	Mane serenitas, meridie auster impetuo-				
	anding !	Brigging Sale	क्षेत्र की दिल	Sus flare cœpit & per totam noctem con-				
		The state of	A COUNTY	tinuavit cum nive.				

G

24	S.	27. 4 1	32	Serenitas.
25	N.W.	27. 8	24	Serenitas.
26	S.	27. 6	24	Serenitas. Mane nix. Vesbera nix.
27	S.O.	27. 4	31	Mane nix.
28	N.	27. 7	30	Vestera nix.

Summus ad quem barometrum hoc mense ascendit gradus æquavit 27" insimus ad quem deprimebatur, mercurium ad 27" subsistere secit. Ad 24° thermometri liquor descendit, qui idem ad 53. gradum hoc ipso mense ascenderat. Crebrius quam præterito mense boreas slavit. Aqua ex cœlo delapsa hoc mense 9" æquavit.

MARTIUS.

Dies M.	Venti	Barometr. Poll Lineæ	Ther- mom.	Cæli Status.
1	N.	27. 7	28	Serenitas.
2	N.	27. 7	20	Mane ventus impetuosus, interdiu Solis
2000 2000	ment the	40 Test (63) 4	otherson	fulgores & ventus.
3	N.	27. 7	22	Serenitas.
4 1	W.	27. 7	26	Ventus impetuosus, nix.
1 5	S. W.	27. 4	32	Serenitas.
6	W.	27. 5	29	Mane Serenitas, vespera nix.
79	S.	27. 2	36	Ventus, pluvia, nix.
810	S. O.	27. 4	32	Ventus, nix.
9	S.O.	27. 3	31	Serenitus.
10	S. O.	2 . I	42	Mane procella, post mer. Serenitas c. zeph.
11	S. O.	27. 6	32	Mane serenitas, meridie ventus impetuo-
1	00	2- 2	20	Sus & nix Colum varians.
12	S. O.	27. 9	38	THE STATE OF THE PROPERTY OF THE PARTY OF TH
13	S. O.	27- 8	44	Colum varians.
14	S.O.	27. 8	46	Cochum tectum.
15	S. O.	27. 8	49	Mane pluvia, post merid. boreas impetuof.
16	N.	27. 8	32	Cœlum tectum.
17	N.	27. 8	30	Ventus & nix.
18	N. O.	27. 9	32	Coclum tectum.
19	N. O.	27. 9	32	Cœlum tectum.
1.20	S.O.	27. 8	38	Serenitas.
21	S. O.	27. 7	38	Mane serenitas, noctu pluvia.
22	S. O. 1	27. 6	44	Serenitas, ventus.

1	23	N.	1 27. 8	41	Serenitos, ventus.
ı	24	N.	27. 9	31	Serenitas, ventus.
	25	ord Nidi	27. 5	31	Serenitas, ventus.
1	26	N.	27. 6	34	Serenitas, ventus.
1	27	N.W.	27.7	36	Serenitas, ventus.
-	28	S.	27. 5	42	Per diem mox imbres, mox fulgores Solis.
1	29	S.O.	27. 6	42	Cœlum tectum.
	30	1 S.	27.0	41	Procella cum pluvia.
	CONTRACTOR OF THE PARTY OF THE	MS.db.	26. 7	440	COMPANY CANDED TO A CONTROL OF THE C
	neter und	किए मार्च	meridien!	ities, po	diebantur tonitrua.
And the second second	29	S.O.	27. 6	42 41	Cœlum tectum.

Non ultra 27" 9" barometrum hoc mense elevabatur, descendit ad 26" 4". Thermometrum inter 20° & 49° variabat. Crebrius savonius quamboreas spiravit. Aqua ex cœlo delapsa æquavit 10".

APRILIS.

28	Cæli Status.	Ther-	Barometr.	Venti	Dies
30		mom.	Poll, Lineæ		M.
	Ventus impetuosus, nix, pluvia.	39	27. 0	S. W.	I
Million and	Ventus impetuosus, aliquid nivis.	44	27. 3	S.	1 2
Baron	Serenitas. Manual Son Municipal	0136	27. 9	S.O.	-91300
ai ma	1 + 010 0 110	THE RESERVE THE PARTY OF THE PA	27. 9	0.	4
tibaco	Serenitas. Serenitas oup 3	THE RESERVE OF THE PARTY OF THE	27. 8	N.	-6150
id a	Serenitas, noctu ventus impetuosus.	36	27. 9	N.	6
		34	AND REAL PROPERTY AND ADDRESS OF THE PARTY AND	N.W.	1 7
T. Den	Cœlum ventosum.	100 100 100 100 100 to	THE RESERVE TO SERVE	N.W.	8
100	Serenitas.	10 1 16 20 NOT 10 10 5 5		N.W.	- 9
75	Communitare	42	27. 8	S.O.	10
0.000	Serenitas.	48	27. 7	N.W.	II
- A	Serenitas.	54	Contract of the Contract of th	N.	1 12
	Serenitas.	46	27. 8	N.	1-13
6	Serenitas.	54	27. 7	N.	14
4	Serenitas.	52	27. 7	N.	15
3	Serenitas.	52	27. 7	N.	16
ex nu-	Interdum pluvia, noctu fulgura es	1 58	27. 6	0.	17
		2000		Page 1	
8 4	in N. movebantur.	1. 11.28			a land
tonitra	Meridie tempestas cum fulgure & to	55	27. 8	S. O.	18
		tus,			
es to	Pluvia. Serenitas. Serenitas, noctu ventus impetuofus. Cœlum varians cum pluvia & nive. Cœlum ventofum. Serenitas. Serenitas. Serenitas. Serenitas. Serenitas. Serenitas. Serenitas. Serenitas. Interdum pluvia, noctu fulgura es bibus nigris, quæ ex S. in W. & in N. movebantur.	40 44 36 34 34 44 42 48 54 46 54 52 52 52 58	27. 9 27. 8 27. 9 27. 6 27. 9 27. 9 27. 8 27. 7 27. 8 27. 7 27. 7 27. 7	O.N.W.W.O.W.N.N.N.N.N.N.N.N.N.N.N.N.N.N.	4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

19	I N.	27.10	54	Serenitas.
20	S.O.	27.10		Serenitas.
21	S. O.	27. 9		Serenitus, post meridiem thermometrum ad 80° ascendit.
22	s.o.	27. 9	58	Serenitas, post meridiem thermometrum ad 80° ascendit.
23	S. O.	27. 9	58	Serenitas, post meridiem thermometrum ad 80° ascendit & nubes atræ ex S. in
24	N.	27-10	58	W. & inde in N. migrabant. Serenitas, post meridiem thermometrum ad 80° elevabatur, noctu nubes ex S. W.
25 br	N.m.	27. 9	ole ele 0 58	& S. O. fulgurabant. Serenitas, post meridiem thermometrum
26	S. O.	27. 9	58	ad 80° ascendit. Serenitas, post meridiem thermometrum
27	S. O.	27. 7	58	Mane serenitas, post meridiem tempestas.
28	S. O.	27. 6	60	Serenitas. Serenitas.
30	S. O. S. O.	27. 6	60	Serenitas.

Barometrum hoc mense inter 27" & 27" 10" ambigebat; thermomeam inter 36° & 80°, per sex continuos dies hic gradus, qui ad maximum cedit, quo thermometrum æstate elevatur, obtinuit. Boreas crebro slat. Humor ex cœlo delapsus 4\frac{1}{8}" altitudinem æquavit.

MAJUS.

en piavia E nive.

Dies M.	Venti	Barometr. Poll Linea	Ther- mom.	Cæli Status.	
1	N.W.	27. 5	58	Pluvia.	
2	S. W.	27. 6	50	Pluvia.	
3	S.O.	27. 6	50	Serenitas.	
4	S. O.	27. 7	50	Serenitas.	-
5	N.	27. 4	50	Serenitas.	
6	N.	27. 4	50	Cœlum testum.	
7	N.	27. 4	42	Serenitas.	200
8	N. O.	27. 4	42	Serenitas.	
9	N. O.	27. 4	48	Serenitas.	1/2
10	N.	27. 4	48	Serenitas.	5.55

-	11	N.	27.	4	1 52	Serenitas.
	12	N.	27.	192 01 192	52	Serenitas.
i	13	N.W.	(274	A COLUMN TO SERVICE AND ADDRESS OF THE PARTY	360	Serenitas.
1	14	S. O.	27.	_	64	Cœlum tectum.
1	15	N	27	8	58	Serenitas.
1	16	N.W.	27.	5	64	Serenitas, noctu binc inde fulgura vide bantur.
1	17	N.W.	27.	8	18	Mane phivia.
	18	N.	27.	8	60	Serenitas p. m. 80° vespera nubes qua fulgurabant, & pluebant.
ı	375 7	Nico	27.	0	64	Serenitas p. m. 80°.
i	19	N.	27.	CARRAGO	64	Serenitas p. m. 80.
1	21	N.	27.	Sam by	64	Serenitas p. m. 80°.
1	22	SO.	27.	A THE RESERVE	68	Serenitas p. m. 80°.
ı	23	S.O.	27.	230	68	Serenitas p. m. 80°.
-	24	N.	27.	7	64	Mane ventus impetuosus, per diem se-
ı	ROSTAL	The North	THE PARTY OF	zieisz.	710/2 STV0	renitas.
1	25	N.	27.	9	60	Serenitas.
1	26	N.	27.		56	Serenitas.
1	27	N.	27.	8	60	Serenitas.
1	28	N.	27.	8	58	Serenitas.
i	29	N. W.	27.	8	56	Levis pluvia, ventus impetuosus p. noctem.
1	30	N.	27.	9	48	Serenitas:
	21	N.W.	27.	8	52	Cælum tectum.

Barometrum inter 27" 4"" & 27" 9" tantum ambigebat, thermometrum inter 84° & 42°. Per longe maximum mensis partem ventus ex Septentrione flavit. Pluvia ad 9" ascendit.

NB. Barometrum & Thermometrum mane fuerunt observata, boc ad Scalam Fabrenheitianam erat accommodatum.



EXTRACTUM PROTOCOLLI COLLEGII MEDICI ARGENTORATENSIS

DIE XXII. JUNII 1762.

Number of the South of the South Son of the state of the son of th

Quum Inclytus Magistratus a civitatis nostræ Archiatro peteret, ut Collegium Medicum solemne baberetur in buncce finem ut ab Eodem aliquod in Theorica Praxi fundatum Responsum daretur, que sit natura morbi istius per tempus in regionibus tam nostris, quam totius fere Europæ Epidemice grassantis, unde fuerit ortus, quomodo sibi ab isto cavendum, eo perdurante gerendum sit, an & maligni quid & contagiosi portendat? Nos votis Ejusdem bodie respondemus, atque unanimi omnium Membrorum ore sic conclusum imus: Quod bic qui nunc grassatur morbus nil aliud sit, quam mera Febris Catarrhalis Benigna, alias autumno propria, horrore miti, insequente astu, capitis dolore, coryza, tusi & artuum lassitudine Ripata, and mortismi wines simila sine

Causa bujus mali nulla quarenda est alia, quam varians atque insolita aëris temperies, siquidem cuilibet notissimum, siccam admodum biemem, jam medio Aprilis, astum adeo enormem excepisse, qualis Syrio ardente vix flagrare solet gravior, quem vero Maji fine & initio Junii mensium frigus tam acre insecutum est, ut beri modo ad tres Thermometri gradus intensius extiterit, quam ultimo mense Decembri.

Nunc collectu facile est, quod in celeri ejusmodi caloris & frigoris variatione, cum insuper siccus semper atque vehemens Meses flaret, illud tam necessarium transpirationis in- & externæ negotium minus debite fuerit administratum, bumores corporis nostri spissi & tenaces evalerint, sanguinis circuitus impeditus fuerit, binc molesta noxiave stases bumorum in pulmone de aliis corporis partibus surrexerint.

Hisce nunc, nist validam febrem comitem experirentur, optime in promovendo perspirationem blandam, largum calidæ potum sæpiusve repetitum assumendo, atque sibi ab aëre externo cavendo consulebatur, qui vero bocce suasum vilipendebant, in majus periculum pracipitabantur, & eorum malum increscebat ita, ut nonnulli Pleuritides & Peripnevmonias experirentur, qua prasertim ubi jam labes viscerum & vitia bumorum aderant, letbales evadebant.

Isti vero, qui rectum Medici consilium secuti sunt, magno numero, quinque aut sex diebus elapsis, fere absque remediis integræ sanitati fuerunt redditi; siquidem in genere id est observatum, quod, quo mitius in curando bocce morbo actum suit, eo selicius er citius ille suerit superatus.

Prophylaxis bujus mali in eo summe consistit, ut eadem in corpore perspiratio servetur, ejus nimius motus omittatur en imprimis subita refrigeratio

comni cura evitetur. o propose os su co amero comina mobino leo ameros

Cum prudens pro cujusois temperamenti ratione administrata Venasectio omnibus & singulis utilis valde deprehensa fuerit, & perspirationem impeditam resituendi certe maxime capax, dum bumores stagnantes citissime resolvit & in debitum circulum ordinat, multum id miramur, extitisse Atomos tales, quos valde alienos in rebus Medicis esse aut prodigiosa principia sovere oportet, qui Venasectionem in boc affectu Catarrhali dissuadere, imo lethales essetus producentem accusare potuerunt; quando nulla sebris buncce affectum Catarrhalem comitatur, nullus Medicus rationalis suo agroto sanguinem sine ratione extrabet, quando vero sebris cum eodem conjuncta est, tametsi levis, exigit certe nostra ars sine mora Venasectionem, es buic sepe, si non semper, pracipua morbi curatio est adscribenda.

In genere, quemadmodum in nullo morbo, sic & in bocce nulla methodus curandi universalis locum habet, quilibet prudens Medicus sese circumstantiis morbi & ægroti accommodat, inde facile est ad infirmam mentem eorum, qui Venæsectiones in genere rejiciunt, inque ipsorum judicandi vim angusto

satis lim ne circumscriptam concludere.

Juxta veracem omnium membrorum Collegii Medici sententia dictionem, nec Unicus eorum contagiosi quid in bocce affectu deprebendit, & quamvu aliqui in dorso rubellas pustulas viderint, illa mere tamen a transpiratione in declinatione morbi aucta ortum duxere & absque periculo iterum evanuere.

Itaque quam procul ab eo absumus, ut hunece apud nos hactenus graffantem morbum, contagiosum & malignum pronunciemus; quin potius una nimi ore profiteamur, quod illi, qui post eundem lethales morbos expertifuerunt, sibi ipsis tales, aut ex imperitia sinistrorum Consultatorum, aut propria noxia sui administratione contraxerint: in se enim bic affectus nil periculosi, contagiosi, multo minus funesti sovet, modo neglecta transpiratio, vitia corporis antea jam prægressa, ætas senilis, aut alii morbi tarpenous agrotos in vitæ periculum præcipitarunt.

Id quoque vix reticere possumus, quod cum aër summe siccus fuerit, solum merus pulvis & arena, fossa urbis & fluvii sere penitus exsiccati, quod inquam bomines per inspirationem borum, & aliorum noxiorum effluviorum multum in se traxerint, qua quoque variis sui morbi sons extiterunt vel eundem adauxerunt, & in eo quoque, quem Julio & Augusto expectamus astu, periculosissima symptomata excitare possunt: bine optandum foret, ut Inclyti Magistratus cura clementissime eo tenderet, ut tempestate sicca crebrior perfusio platearum atque eluvio fossarum debite administretur.

Decanus, Prodecanus reliquique Professores atque Doctores Practici Civitatis Argentinensis.

